This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY.

1824.

Lp 26. 475.



BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE BEQUEST OF
CHARLES MINOT,
OF SOMERVILLE,
(Class of 1828.)
JN 8 1932

M. ACCI PLAUTI

TRINUMUS

CUM BREVI ADNOTATIONE

DENUO EDIDIT

Franz (Joseph)
FRANC. GOELLER,

PROF. GYMN. COLON.

COLONIAE AD RHENUM,
APUD M. DUMONT-SCHAUBERG.
1824.

Lpr 26.475

JUN 8 1882
Minot fund.

INDEX.

Aristophanes . . . . . p. 73.
Cicero de nat. Deor. . . p. 63. 94.
de rep. . . . . p. 66, 116. sq.
de senect. . . . . p. 131.
tusc. quaestt. . . . p. 118 sq.
Festus . . . . . p. 110. 130.
Gellius . . . . . p. 63. 105.
Horatius Epist. . . . . p. 71.
Art. poet. . . . p. 135.
Satyr. . . . . Addend. ad p. 86.
Od. . . . . p. 69.
Plautus Amph. . . . . p. 59. 60. 69. 77. 93. 97. 108. 113. 116. 120. sq. 133.
Asinar. . . . . p. 60. sq. 65. 76. 97, 110. 131. 133.
Astrab. . . . . p. 92.
Aulul. . . . . p. 78. 94. 107. 108. 131. 133.
Bacch. . . . . p. 68. 78, 94. 131.
Capt. . . . . p. 82. 95. 105. 113. 122, 134. 155.
Cas. . . . . p. 94. 110. 122.
Cistell. . . . . p. 78. 98. 113. 122. 133.
Curcul. . . . . p. 68. 98. 103. 108.

Plautus Epid. . . . . p. 78. sq. 92.
Menaechm. . . . p. 82.
Merc. . . . . p. 81. sq.
Mil. . . . . p. 55. 79. 88. 97. 105. 121. 132.
Most. . . . . p. 75. 85. 130.
Pers. . . . . p. 87. 103. 122. 133.
Pseudol. . . . . p. 103. 105. 121. sq. 130.
Rud. . . . . p. 82. sq. 109.
Stich. . . . . p. 112. 130.
Trucul. . . . . p. 83. 109. 130.

M. ACCI PLAUTI

TRINUMUS.

PERSONAE.

LUXURIA INOPIA	Prologus.
MEGARONIDES CALLICLES PHILTO CHARMIDES	Senes.
STASIMUS,	Servus.
SYCOPHANTA.	
LYSITELES LESBONICUS	Adolescentes.

ARGUMENTUM

(ut quibusdam videtur)

PRISCIANI.

Thesaúrum abstrúsum ábiens peregre Chármides,
Remque ómnem amico Cállicli mandát suo.
Istóc absente mále rem perdit fílius.
Nam et aédis vendit: hás mercatur Cállicles,
Virgo índotata sóror istíus póscitur: 5
Minus quó cum invidia illí det dotem Cállicles,
Mandát, qui dicat aúrum ferre se á patre.
Ut ad aédis venit, húnc deludit Chármides
Senéx, ut rediit: quójus nubunt líberi.

VARIETAS LECTIONIS.

V. 1. Herm. de suo: *Thesaurum suum abstrusum.*

PROLOGUS.

LUXURIA ET INOPIA.

LUXURIA.

Sequere hác me gnata, ut múnus fungaris tuum.
Inop. Sequór; sed finem fóre quem dicam néscio.
Lux. Adest. én, illae sunt aédes: i intro núnc iam.—
Nunc né quis erret vóstrum, paucis ín viam
Dedúcam, si quidem óperam dare promíttitis. 5
Nunc ígitur primum, quae égo sim, et quae haec etiám siet,
Huc quae ábiit intro, dícam, si animum advórtitis.
Primúm mihi Plautus nómen Luxuriae índidit:
Tum mi hánc is esse gnátam voluit Inopiam.
Sed húc nunc ea quid ímpulsu introerít meo, 10
Accípite, et date vacíuas auris, dum éloquor.
Aduléscens quidam est, quí in hisce habitat aédibus.
Is rém paternam me ádjutrice pérdidit.
Quoniam ei, qui me aleret, nil video esse réliqui,
Dedi ei meam gnatam, quícum is aetatem éxigat. 15
Sed de árgumento ne éxspectetis fábulae,
Senés, qui huc venient, hí rem vobis áperient.
Huic Graéce nomen ést Thesauro fábulae:
Philémo scripsit, Plaútus vortit bárbare:
Nomén Trinumo fécit. Nunc hoc vós rogat 20
Ut líceat possidére hanc nomen fábulam.
Tantúmst. Valete, adéste cum siléntio.

ACTUS PRIMUS.

SCENA I.

MEGARONIDES.

Nae amícum castigáre ob meritam nóxiam
Immúne est facinus: vérum in aetate útile
Et cónducibile. nám ego amicum hódié meum 25
Concástigabo pró eommerita nóxia,
Invítus, ni id me invítet ut faciám fides.
Nam hic nímium morbus móres invasít bonos.
Ita plérique omnes jám sunt intermórtui.
Sed dum ílli aegrotant, ínterim morés mali, 30
Quasi hérba irrigua, súccrevere ubérrume.
Neque qúidquam hic vile núnc est, nisi morés mali.
Eorúm licet jam méssem metere máxumam,
Nimióque hic pluris paúciorum grátiam
Faciúnt pars hominum, quam íd, quod prosit plúribus. 35
Ita víncunt illud cónducibile grátiae:
Quae in rébus multis óbstant, odiosaéque sunt
Remorámque faciunt reí privatae et públicae.

SCENA II.

CALLICLES. MEGARONIDES.

CALLICLES.

Latém corona nóstrum decorarí volo:
Uxŏr, venerare: ut nóbis haec habitátio 40
Bona, faústa, felix, fórtunataque évenat;
Teque út, quam primum póssim, videam émórtuam.
Meg. Hic ille ést, senecta aetáte qui factúst puer,
Qui admísit in se cúlpam castigábilem.
Aggrédiar hominem. *Call.* Quoía prope me vóx sonat? 45
Meg. Tui bénevolentis, sí ita es, ut ego té volo;
Sin áliter es, inimíci atque iratí tibi.
Call. O amice salve mi, átque aequalis. út vales,
Megarónides? *Meg.* Et tu édepol salve, Cállicles.
Valén'! valuistin'! *Call.* Váleo et valui réctius. 50

Meg. Quid agit tua uxor? ut valet? *Call.* Plus quam ego volo.
Meg. Bene hercle ést, illam tibi béne valere et vívere.
Call. Credo hércle te gaudére, si quid mi ést mali.
Meg. Omnibus amicis, quód mihi est, cupio ésse idem.
Call. Ehó, tua uxor quíd agit? *Meg.* Immortális est. 55
Vivit, victuraque ést. *Call.* Bene hercle núncias,
Deosque óro, ut vitae tuaé superstes súppetat.
Meg. Dum quídem hercle tecum núpta sit, sané velim.
Call. Vin' cómmutemus? tuam ego ducam, et tú meam.
Faxo haúd tantillum dédéris verborúm mihi. 60
Meg. Namque énim tu, credo, mi imprudenti obrépseris.
Call. Nae tu hércle faxo túnc scias, quam rem égeris.
Meg. Habeás, ut nactus: nóta mala res óptumast.
Nam ego núnc si ignotam cápiam, quid agam, nésciam.
Call. Edepól, proinde ut diu vívitur, bene vívitur. 65
Meg. Sed hoc ánimum advorte, atque aúfer ridiculária:
Nam ego dédita opera huc ád te advenio. *Call.* Quíd venis?
Meg. Malís te ut verbis múltis multum objúrgitem.
Call. Men'? *Meg.* Núm quis est hic álius praeter me átque te?
Call. Nemo ést. *Meg.* Quid igitur rógitas, tene objúrgitem? 70
Nisi túte mihi me cénses dicturúm male.
Nam si in te aegrotant ártes antiquaé tuae,
Sive immutare vís ingenium móribus,
Aut si demutant móres ingenium tuum,
Neque eós antiquos sérvas, ast captás novos, 75
Omnibus amicis mórbum tu incutiés gravem,
Ut té videre audíreque aegrotí sient.
Call. Qui in méntem venit tibi istaec dicta dícere?
Meg. Quia omnés bonos bonásque accurare áddecet,
Suspícionem et cúlpam ut ab se ségregent. 80
Call. Non pótis utrumque fieri. *Meg.* Quapropter? *Call.* Rogas?
Ne admíttam culpam, ego meó sum promus péctori:
Suspício est in péctore alienó sita.

Nam núnc ego si te súrripuisse súspicer
Jovi coronam dé capite, e Capitólio, 85
Quod in cúlmine astat súmmo: si id non féceris
Atque íd tamen mihi lúbeat suspicárier,
Qui tu íd prohibere mé potes ne súspicer?
Sed istúc negoti scíre cupio, qúidquid est.
Meg. Habén' tu amicum aut fámiliarem quémpiam, 90
Quoi péctus sapiat? *Call.* Édepol haud dicám dolo.
Sunt, quós scio esse amícos, sunt, quos súspicor;
Sunt, quórum ingenia atque ánimos nequeo nóscere,
Ad amíci partem, an ád inimici pérvenant.
Sed tu éx amicis cértis mi es certíssimus. 95
Si quíd scis me fecísse inscite aut ímprobe,
Si id nón me accusas, túte objurgandús. *Meg.* Scio
Et, si ália huc caussa ad te ádveni, aequom póstulas.
Call. Exspécto, si quid dícas. *Meg.* Primumdum ómnium,
Male díctitatur tíbi volgo in sermónibus: 100
Turpílucricupidum té vocant civés tui:
Tum autém sunt alii, quí te volturiúm vocant:
Hostísne an civis cómedis, parvipéndere.
Haec quom aúdio in te díci, ego excruciór miser.
Call. Est, átque non est mi ín manu, Megarónides: 105
Quin dícant, non est; mérito ut ne dicánt, id est.
Meg. Fuitne híc tibi amicus Chármides? *Call.* Est, ét fuit.
Id ita ésse ut credas, rém tibi auctorém dabo.
Nam póstquam hic eius rém confregit fílius,
Videtque ípse ad paupertátem protractum ésse se, 110
Suámque filiam ésse adultam vírginem,
Simul éius matrem, suámque uxorem mórtuam;
Quoniam hínc iturust ípsus in Seleúciam,
Mihi cómmendavit vírginem, gnatám suam,
Et rém suam omnem, et illúm corruptum fílium. 115
Haec, sí mi inimicus ésset, credo, haud créderet.

V. 93. Herm. *sunt quorum haud possum ingenia atque animos nóscere.*

V. 97. Herm. *tu ipse objurgandus.*

Meg. Quid tu ádulescentem, quem ésse corruptúm vídes,
Qui tuaé mandatus ést fidei et fidúciae,
Quin eúm restituis? quín ad frugem córrigis?
Ei rei óperam dare te fúerat aliquanto áequius. 120
Si quí probiorem fácere posses; nón uti
In eándem tute accéderes infámiam,
Malúmque ut eius cúm tuo miscerés malo.
Call. Quid féci? *Meg.* Quod homo néquam. *Call.* non istúc meumst.
Meg. Emístin' de adulescénte has aedis? q uíd taces? 125
Ubi núnc tute habitas. *Call.* Émi atque argentúm dedi,
Minás quadraginta ádulescenti ipsi ín manum.
Meg. Dedistíne argentum? *Call.* Fáctum: neque factí piget.
Meg. Edepól fidei adulescéntem mandatúm malae.
Dedistíne hoc parto ei gládium, qui se occíderet? 130
Quid sécus est, aut quid ínterest dare te ín manus
Argéntum amanti homini ádulescenti, animi ímpoti,
Qui exaédificaret suam ínchoatam ignáviam?
Call. Non égo illi argentum rédderem? *Meg.* Non rédderes:
Neque de íllo quidquam néque emeres, nec vénderes, 135
Nec, quí deterior ésset, faceres cópiam.
Incónciliastin' eúm, qui mandatúst tibi?
Ille quí mandavit, eum éxturbasti ex áedibus?
Edepól mandatum púlcre, et curatúm probe.
Crede huíc tute: hic jam tuám rem melius gésserit. 140
Call. Subigís maledictis mé tuis, Megarónides,
Nouó modo adeo, ut quód méae concréditumst
Tacitúrnitati clám, fidei et fidúciae,
Ne enúnciarem quoíquam, neu facerém palam;
Ut míhi necesse sít jam id tibi concrédere. 145.
Meg. Mihi quód credideris, súmes, ubi posíveris.
Call. Circúmspice dum te, né quis assit árbiter
Nobís: et quaeso idéntidem circúmspice.

V. 135. Herm. *neque venderes.*

Meg. Auscúlto, si quid dícas. *Call.* Si taceás, loquar.
Quoniám profectus hínc est peregre Chármides, 150
Thesaúrum in hisce démonstravit mi aédibus,
Hic ín conclavi quódam. sed circúmspice.
Meg. Nemo ést. *Call.* Numorúm Philippeum ad tria míllia.
Id sólus solum pér amicitiam et pér fidem
Flens me óbsecravit suó ne gnato créderem. 155
Neu quoíquam, unde ad eum id pósset permanáscere.
Nunc si ílle huc salvos révenit, reddam suúm sibi.
Si quíd eo fuerit, cérte illius fíliae,
Quae míhi mandata est, hábeo, dotem illi únde dem,
Ut eam ín se dignam cónditionem cóllocem. 160
Meg. Pro Di ímmortales, vérbis paucis quám cito
Alium fecisti me. álius ad te véneram.
Sed ut óccepisti, pérge porro próloqui.
Call. Quid tibi ego dicam? qui íllius sapiéntiam
Et méam fidelitátem, et celata ómnia 165
Paene ílle ignavos fúnditus pessúm dedit.
Meg. Quidúm? *Call.* Quia ruri dúm sum ego unos séx dies,
Me absénte atque insciénte, inconsultú meo,
Aedis venalis hásce inscribit líteris.
Meg. Adésurivit máge, inhiavit ácrius 170
Lupus; óbservavit: dúm dormitaréť canes,
Gregem úniversum vóluit secum auórtere.
Call. Fecisset edepol, ni haéc praesensissét canes.
Sed núnc rogare hoc égo vicissim té volo:
Quid fúit officium meúm me facere, fác sciam. 175
Utrum índicare me ei thesaurum aequóm fuit,
Advórsum quod me eius óbsecravisset pater;
An ego álium dominum páterer fieri hisce aédibus?
Qui emisset, eius éssetne ea pecúnia?
Emi égomet potius áedis, argentúm dedi 180
Thesaúri caussa, ut sálvom amico tráderem.
Neque ádeo hasce emi míhi, neque usuraé meae:
Illi redemi rúrsum: a me argentúm dedi.
Haec súnt, seu recte, seú perverse fácta sunt:

Egomét confiteor fécisse haec, Megarónides. 185
En meá tibi malefacta; én meam avaritiám tibi.
Hascíne propter res máledicas famás serunt?
Meg. Pausá. Vicisti cástigatorém tuum:
Occlústi linguam: níhil est, qui respóndeam.
Call. Nunc égo te quaeso, ut mé ópera et consilió juves, 190
Communicesque hanc mécum meam provínciam.
Meg. Polliceor operam. *Call.* Ergo úbi eris paulo póst? *Meg.* Domi.
Call. Numquíd vis? *Meg.* Cures tuám fidem. *Call.* Fit sédulo.
Meg. Sed quid ais? *Call.* Quid vis? *Meg.* Ubi nunc adulescéns habet?
Call. Postículum hoc recépit, quom aedis véndidit. 195
Meg. Istúc volebam scíre. i sane núnc iam.
Sed quid ais? *Call.* Quid? *Meg.* Nunc vírgo nempe apud te ést. *Call.* Ita est:
Juxtáque eam curo cúm mea. *Meg.* Recté facis.
Call. Num etiám, priusquam abeo, mé rogitaturús? *Meg.* Vale. —
Nihil ést profecto stúltius, neque stólidius, 200
Neque méndaciloquiús, neque argutúm magis,
Neque cónfidentilóquius, neque periúrius,
Quam urbáni assidui cíves, quos scurrás vocant.
Atque égomet me adeo cum íllis una ibidém tvaho,
Qui illórum verbis fálsis acceptór fui: 205
Qui omnía se simulant scíre, nec quidquám sciunt.
Quod quísque habet in animo, aút habiturus ést, sciunt:
Sciúnt, quid in aurem rex reginae díxerit:
Sciúnt, quod Juno fábulata est cúm Jove:
Neque fácta, neque futúra, tamen illí sciunt. 210
Falsóne an vero laúdent, culpent, quém velint,
Non flóeci faciunt; dum íllud, quod lubeát, sciant.
Omnés mortales núnc hunc aibant Cálliclem

V. 187. Herm. *ferunt.*

Indígnum civitáte ac sese vívere,
Bonis qui hunc adulescéntem evortissét suis, 215
Ego de eórum verbis fámigeratorum ínscius
Prosílui amicum cástigatum innóxium.
Quod si éxquiratur úsque ab stirpe auctóritas,
Unde quídque auditum dícant, nisi id appáreat,
Famígeratori rés sit cum damno ét malo. 220
Hoc íta si fiat, público fiát bono.
Pauci sint faxim, quí sciant, quod nésciunt,
Occlúsioremque hábeant stultiloquéntiam.

ACTUS II.

SCENA I.

LYSITELES.

Multás simitu rés in meó corde vórso:
Multum ín cogitándo dolórem indipíscor: 225
Ego me ét concoquo, ét macero, ét defetígo,
Magíster mihi éxercitórque animus híc est.
Sed hóc non liquét, nec satís cogitátumst,
Utrám potius hárum mihi ártem expetéssam;
Utram aétati agúndae arbitrér firmiórem; 230
Amórine me án rei obsequí potius pár sit;
Utra ín parte plús sit volúptatis vítae
Ad aétatem agúndam.
De hac ré mi haud liquét satis: ni hoc síc faciam, opínor:
Simúl rem exputém, judex sím reusque ad eám rem. 235
Ita fáciam: ita placét mi. Omniúm primum amóris
Artis eloquár, quemadmodum éxpediant: númquam
Amór quemquam, nísi cupidum hominém postulát se
Coniícere in plagás: eos cupít, consectátur,
Ab ré consulít, subdolé subblandítur, 240
Blandíloquentulúst, harpagó, mendax, cúppes,
Despóliator, látebricolarum hóminum corrúptor,
Celátum indagátor. nam quóm quisque amát quam,

V. 214. Herm. *civitate hac et se vivere.*
V. 243. Herm. *quom quisquam amat quam.*

Quam is éxtemplo sávi sagíttis percússust,
Illico rés foras lábitur, líquitur. 245
Dá mihi hoc, mél meum, sí me amas, si aúdis.
Ibi tum illę cucúlus: hem, océlle mi, fíat:
Ét istuc, et si ámplius vís dari dábitur.
Ibi pendentém ferit: jam ámplius órat:
Nón satis id ést mali, ni ámpliust étiam, 250
Quód bibit, quód comest, quód facit súmpti.
Nóx datur: dúcitur fámilia tóta, vestíplicae
Unctor, auri cústos, flabellíferae, sandalígerulae
Cántrices, cistéllatrices, núncii, renúncii,
Pánis et pení raptores: ípse dum illis cómis est, 255
Inóps fit amátor.
Haec égo quom agito cúm meo animo et récolo, ubí qui egét, quam
Preti sit parvi, á me apage, amór: non placés, nil
Te ego útor: quamquam illud dulce ést, esse et bíbere.
Amor amara dát tibi, satiś quod aégre sit. fugít forum, 260
Fugát tuos cognátos, fugát sese ipse á suo
Contútu: neque eúm sibi volúnt dici amícum:
Modís mille amórem ignorándumst, procúlque est
Abhibéndum: nam quí praecipitávit in amórem,
Is péius perít, quam si dé saxo sáliat. 265
Apáge sis, amór: res tuas tíbi habe: mihi, amór, ne
Fuás umquam amícus.
Súnt tamen, quós misere et mále habeas, quós tibi
Fécisti obnóxios.
Cértum ad frugem ápplicare ánimum, quamquam íbi animo 270
Grándis capitúr labos.
Síbi boni haec éxpetunt, rém atque honorém, fidem
Glóriam et grátiam. Nam hóc probis ést preti.

V. 246. Vid. Herm. Doctr. metr. p. 212.
V. 252. Herm. *vestispici.*
V. 264. Herm. *adhibendum.*

Eó mihi mége lubet cúm probis pótius, quam
Cum ímprobis vívere et vánidicéntibus. 275

SCENA II.

PHILTO. LYSITELES.

PHILTO.

Quo íllic homo sé foras pénetrat ex aédibus?
Lys. Pater, ássum, imperá, quod vis, néque ero in morá, nec
Latebróse me ego ábs tuo conspéctu occultábo.
Ph. Féceris pár tuis céteris fáctis, si
Tuúm patrem pércoles. Pér pietatém tuam, 280
Nólo ego cum ímprobis té viris, gnáte mi,
In via néque foro ullúm sermonem éxsequi.
Nóvi ego hoc saéculum, móribus quíbus siet.
Málus bonum málum esse volt, símilis ut sit sui.
Túrbant, miscent móres: malus, rapáx, avarus, ínvidus: 285
Sácrum profanum, públicum privátum habént: hiúlca gens.
Haéc ego doleo: haéc sunt, quae excrúciant: haéc dies, noctisque haéc tibi
Cánto, ut caveas. quód manu haud queunt tángere, tantum fás habent,
Quó manus abstíneant. caeterá rape, trahe, fuge ét late
Lácrumas haec mihí, quom video, elíciunt, quia ego ad hóc genus 290
Hóminum duraví. quin prius me ad plúris penetraví! nam ii
Móres majorúm collaudant: eósdem, quos laudánt, lutant.
Hísce ego de ártibus grátiam fácio, eas
Né colas, neú tuum ingénium iis ímbuas.
Méo modo et móribus vívito antíquis. 295

V. 293. Herm. *te.*
V. 295. Herm. omisit: *antiquis.*

Quae égo tibi praécipio, eá facito. níhil ego istós moror
Facétos morés turbidós, quibus boní se
Dedécorant. haec tíbi, si capésses mea impéria,
Bona múlta in tuo péctore consident consília.
Lys. Sémper ego usque ad hánc aetatem ab íneunte adulescéntia 300
Tuó servivi sérvitutem império et praeceptís, pater.
Pro íngenio, ego me líberum esse rátus sum: pro imperió tuo
Méum animum tibi sérvitutem sérvire aequom cénsui.
Ph. Quí homo cum animo inde áb ineunte aetáte depugnát suo,
Utrum is ita esse mávelit, ut eum ánimus aequom cénseat, 305
An ita potius, út parentes éum esse et cognatí velint:
Si ánimus hominem pépulit, actumst: ánimo servit, nón sibi.
Sín ipse animum pépulit, vivit, víctor victorúm cluet.
Tu ánimum si vicísti potius, quam ánimus te, est quod gaúdeas.
Nímio satiust, té ita ut opus est, ésse, quam ut animó lubet. 310
Qui ánimum vincunt, quám quos animus, sémper probióres cluent.
Lys. Istaec mihi ego sémper habui aetáti tegumentúm meae,
Né penetrarem me úsquam, ubi esset dámni conciliábulum:
Né noctu irem obámbulatum, neú suum adimerem álteri.
Neú tibi aegritúdinem, pater, párerem, parsi sédulo. 315
Sárta tecta túa praecepta usque hábui mea modéstia.
Ph. Quíd exprobras? bene quód fecisti, tíbi fecisti, nón mihi.
Míhi quidem aetas ácta ferme est: túa istuc reffert máxume.
Is probus est, quem poénitet, quam sit probus et frugí bonae.
Qui ípsus sibi satís placet, nec próbus est, nec frugí bonae. 320

Bénefacta benefáctis aliis pértegito, ne pérpluant.
Qui ípsus se contémnit, in eo est índoles indústriae.
Lys. Ob eam rem haec, pater, aútumavi: quía res quaedamst, quám volo
Ego me abs te exoráre. *Ph.* Quid id est? véniam dare jam géstio.
Lys. Adulescenti huic génere summo, amíco atque aequalí meo 325
Mínus qui caute et cógitate suám rem tractavít, pater,
Béne volo ego illi fácere, si tu nón nevis. *Ph.* Nempe dé tuo.
Lys. Dé meo: nam quód tuumst, meúmst: omne meum autém tuumst.
Ph. Quíd is, egetne? *Lys.* Egét. *Ph.* Habuitne rem? *Lys.* Hábuit. *Ph.* Qui eam pérdidit?
Públicisne affínis fuit, an máritumis negótiis? 330
Mércaturamne, án venalis hábuit, ubi rem pérdidit?
Lys. Níhil istorum. *Ph.* Quíd igitur? *Lys.* Per cómitatem, edepól, pater.
Praéterea aliquantum ánimi causa in déliciis dispérdidit.
Ph. Édepol hominem praédicatum férme familiáríter,
Qui quidem nusquam pér virtutem rém confregit, átque eget. 335
Níl moror eum tíbi esse amicum cum éiusmodi virtútibus.
Lys. Quía sine omni málitia est, toleráre egestatem eius volo.
Ph. Dé mendico mále meretur, qui eí dat, quod edit, aút bibat.
Nam ét illud, quod dat, pérdit, et illi pródit vítam ad míseriam.
Nón eo hoc dico, quín, quae tu vis, égo velim, et faciám lubens: 340
Séd ego hoc verbum quom ílli quoidam díco, praemonstró tibi,

V. 338. Herm. *edat.*

Ut ita te aliorúm miserescat, né tui alios misereat.
Lys. Déserere illum, et déjuvare in rébus advorsis pudet.
Ph. Pol pudere quám pigere praéstat totidem litteris.
Lys. Édepol, deum virtute dicam, páter, et majorum, et tua 345
Bóna multa bene párta habemus; béne si amico féceris,
Né pigeat fecísse: ut potius púdeat, si non féceris.
Ph. Mágnis de divítiis si quid démas, plus fit, án minus?
Lys. Mínus, pater. sed civi immuni scís quid cantari solet?
Qúod habes, ne habeas: ét illud, quod nunc nón habes, habeás malum: 350
Quándoquidem nec tibi bene esse pótes pati neque álteri.
Ph. Scío equidem istuc íta solere fieri. verum, gnáte mi,
Is est immunis, quoi nihil est, qui múnus fungatúr suum.
Lys. Deúm virtute habémus, et qui nósmet utamúr, pater,
Et aliis qui cómitati símus benevoléntibus. 355
Ph. Nón edepol tibi pérnegare póssum quidquam, qúod velis.
Quoius egestatém tolerare vís? loquere audactér patri.
Lys. Lésbonico huic ádulescenti, Chármidai filio,
Qui illic habitat. *Ph.* Quí comedit, quód fuit, quod nón fuit?
Lys. Né opprobra, pater. múlta eveniunt hómini, quae volt, quaé nevolt. 360
Ph. Méntire edepol, gnáte: atque id nunc fácis haud consuetúdine.
Nám sapiens quidém pol ipse fingit fortunám sibi.
Eó ne multa, quaé nevolt, evéniunt, nisi fictór malust.
Lys. Múlta est opera opús ficturae, qui se fictorém probum

V. 358. Herm. *Charmidae huius filio.*

Vítae agundae esse éxpetit: sed hic ádmodum adulescéntulust. 365
Ph. Nón aetate, vérum ingenio apíscitur sapiéntia.
Sápienti aetas cóndimentumst: sápiens aetatí cibust.
Agedum, eloquere. quíd dare illi núnc vis? *Lys.* Nihil quidquám, pater.
Tú modo ne me próhibeas accípere, si quid dét mihi.
Ph. An eo egestatem eius tolerabis, si quid ab illo accéperis? 370
Lys. Eó, pater. *Ph.* pol ego istám volo me rátionem edoceás. *Lys.* Licet.
Scín' tu illum quo génere gnatus sít? *Ph.* Scio, apprimé probō.
Lys. Sóror illi est adúlta virgo grándis: eam cupió, pater.
Dúcere uxorém. *Ph.* Sine dote. *Lys.* Sine dote. *Ph.* Uxorémne. *Lys.* Ita.
Tuá re salva. hoc pácto ab illo inibis summam grátiam: 375
Néque commodius úllo pacto ei póteris auxiliárier.
Ph. Égone indotatám te uxorem ut pátiar! *Lys.* Patiundúmst, pater:
Et eo pacto addíderis nostrae lépidam famam fámiliae.
Ph. Múlta ego possum dócta dicta, et quámvis facundé loqui:
Historiam veterem átque antiquam haec méa senectus sústinet. 380.
Vérum ego quando te ét amicitiam et grátiam in nostrám domum
Vídeo allicere, etsi ádvorsatus tíbi fui, istac júdico.
Tíbi permitto, pósce, duce. *Lys.* Dí te servassínt mihi.
Séd ad istam adde grátiam unum. *Ph.* Quíd id est autem unum? *Lys.* Éloquar.
Túte ad eum adeas, túte concilies, túte poscas. *Ph.* Éccere. 385
Lys. Nímio citius tránsiges: firmum ómne erit, quod tu égeris.
Grávius tuum erit únum verbum ad eám rem, quam centúm mea.

Ph. Écce autem in benígnitate hoc répperi negótium.
Dábitur opera. *Lys.* Lépidus vivis. haé sunt aedes: hic habet.
Lésbonico est nómen: age, rem cúra: ego opperiár domi. 390.

SCENA III.

PHILTO.

Non óptuma haec sunt, néque ut ego aequom cénseo.
Vérum meliora súnt, quam quae detérruma.
Sed hoc únum consolátur me atque animúm meum,
Quia, quí nihil aliud, nísi quod sibi solí placet,
Consúlit advorsum fílium, nugás agit: 395
Miser éx animo fit: fáctius nihiló facit.
Suaé senectuti ís ácriorem hyemém parat,
Quom illam ímportunam témpestatem cónciet.
Sed áperiuntur aédes, quo ibam: cómmode
Ipse éxit Lesbonícus cum servó foras. 400

SCENA IV.

LESBONICUS, STASIMUS, PHILTO.

LESBONICUS.

Minus quíndecim diés sunt, quòm pro hisce aédibus
Minás quadraginta áccepisti a Cállicle.
Estne hóc, quod dico, Stásime? *St.* Quom considéro,
Meminisse videor fieri *Les.* Quid factúmst eo?
St. Comésum, expotum, exúnctum, elotum in bálineis. 405
Piscátor, pistor ábstulit, lanii, coqui,
Olitóres, myropolae, aúcupes. confit cito,
Quasi sí formicis tu óbicias papáverem.
Les. Minus hércle in hísce rébus sumptumst séx minis.
St. Quid, quód dedisti scórtis? *Les.* Ibidem uná traho. 410
St. Quid, quód ego defrudávi? *Les.* Hem, ratio máxumast.
St. Non tibi illud apparére, si sumás, potest:

De honóre populi: vérum quod ad ventrem áttinet,
Non hércle hoc longe, nisi me pugnis vícerit.
Coena hác annona est síne sacris heréditas.
Ph. Sempér tu hoc facito, Lésbonice, cógites,
Id óptumum esse, túte uti sis óptumus: 485
Si id néqueas, saltem ut óptumis sis próxumus.
Nunc cónditionem hanc, quam égo fero, et quam abs-té peto,
Dare, átque accipere, Lésbonice, té volo.
Di dívites sunt, déos decent opuléntiae,
Et fáctiones. vérum nos homúnculi 490
Salíllum animai: quám quom extemplo amísimus,
Aequó mendicus átque ille opulentíssumus
Censétur censu ad Acheruntem mórtuus.
St. Mirúm, ni tu illuc técum divitiás feras;
Ubi mórtuus sis, ita sis, ut nomén cluet. 495
Ph Nunc út scias hic fáctiones átque opes
Non ésse, neque nos tuám neglegere grátiam,
Sine dóte posco tuám sororem fílio.
Quae rés bene vortat, hábeon' pactam? quíd taces?
St. Pro di ímmortales, cónditionem quoíusmodi. 500
Ph. Quin fábulare: dí bene vortant: spóndeo.
St. Eheú, ubi nihil erát dicto usus, spóndeo
Dicébat: nunc hic, quom ópus est, non quit dícere.
Les. Quom affínitate vóstra me arbitrámini
Dignum, hábeo vobis, Phílto, magnam grátiam. 505
Sed etsi hércle graviter cécidi stultitiá mea,
Philto, ést ager sub úrbe hic nobis, eúm dabo
Dotém sorori: nam ís de stultitiá mea
Solús superfit praéter vitam réliqüus.
Ph. Profécto dotem níl moror. *Les.* Certúmst dare. 510
St. Nostrámne nutricem, hére, vis, quae nos éducat,
Abálienare a nóbis? cave sis féceris.
Quid edémus nosmet póstea? *Les.* Etiam tú taces?
Tibi egó rationem réddam? *St.* Plane périimus,
Nisi quíd ego comminíscor. Philto, té volo. 515

V. 491. Herm. *qui eam quom.*

Ph. Si quíd vis, Stasime. *St.* Huc cóncede alíquántúm. *Ph.* Licet.
St. Arcáno tibi ego hoc díco, ne ille ex té sciat,
Neve álius quisquam. *Ph.* Créde audacter quídlubet.
St. Per deós atque homines díco, ne tu illúnc agrum
Tuum síris umquam fieri, neque gnatí tui. 520
Ei rei árgumentum dícam. *Ph.* Audire edepól lubet.
St. Primum ómnium, olim térra quum proscínditur,
In quínto quoque súlco moriuntúr boves.
Ph. Apage. *St.* Acheruntis óstium in nostro ést agro.
Tum vínum, priusquam cóctumst, pendet pútidum. 525
Les. Consuádet homini, crédo: etsi sceléstus est,
At mi ínfidelis nón est. *St.* Audi caĕtera.
Post íd, frumenti quom álibi messis máxuma est,
Tribus tántis illi minus redit, quam obséveris.
Ph. Hem, istíc oportet óbseri morés malos, 530
Si in óbserendo póssint interfieri.
St. Neque úmquam quisquamst, quóius ille agér fuit,
Quin péssume ei res vórterit; quorúm fuit,
Alii éxsulatum abiérunt, alii emórtui,
Alii se suspendére. en, nunc hic, quóius est, 535
Ut ad íncitas redáctus. *Ph.* Apage a me ístum agrum.
St. Magis ápage dicas, si ómuia a me audíveris.
Nam fúlguritae súnt hic alternae árbores.
Sués moriuntur ángina hic acérrume.
Ovés scabrae sunt, tám glabrae, en, quam hæc ést manus. 540
Tum autém Syrorum, génus quod patientíssimumst,
Hominúm, nemo extat, qui íbi sex menses víxerit:
Ita cúncti solstitiáli morbo décidunt.
Ph. Credo ístuc, Stasime, ita ésse: sed Campás genus
Multó Syrorum iam ántidit patiéntia. 545
Sed is ést ager profécto, ut te audiví loqui,
Malós in quem omnis públice mittí decet.
Sicút fortunatórum memorant ínsulas,
Quo cúncti, qui aetatem égerint casté suam,

V. 533. Herm. *quoium*, et plene quidem post h. v. distinguens.

Convéniant. Contra istóc detrudi máleficos 550
Aequóm videtur, quí quidem istius sít modi.
St. Hospítiumst calamitátis. quid verbís opust?
Quamvís malam rem quaéras, illic réperias.
Ph. At tu hércle et illi et álibi. *St.* Cave sis díxeris,
Me tíbi dixisse hoc. *Ph.* Díxisti arcanó satis. 555
St. Quin híc quidem cupit illum áb se abalienárier,
Si quém reperire póssit, quoius os súblinat.
Ph. Meus quidem hercle nunquam fiet. *St.* Si sapiés quidem. —
Lepide hércle de agro ego húnc senem detérrui:
Nam quí vivamus, níhil est, si illum amíserit. 560
Ph. Redeo ád te, Lesbonice. *Les.* Dic sodés mihi,
Quid híc locutust técum? *Ph.* Quid censés? homost:
Volt fieri liber: vérum, quod det, nón habet.
Les. Et ego ésse locuples, vérum nequidquám volo.
St. Licitúm, si velles: núnc quom nihil est, nón licet. 565
Les. Quid técum, Stasime? *St.* De ístoc, quod dixti modo
Voluisses antea, ésses: nunc seró cupis.
Ph. De dóte mecum cónveniri níl potest.
Quod tibi lubet, tute ágito cum gnató meo.
Nunc tuám sororem fílio poscó meo, 570
Quae rés bene vortat. quid nunc? etiam cónsulis?
Les. Quid istúc? quando ita vis, di bene vortant: spóndeo.
Ph. Numquam édepol quoiquam tam éxspectatus fílius
Natús, quam est illud spóndeo natúm mihi.
St. Di fórtunabunt vóstra consilia. *Ph.* Ita volo. 575
Les. Sed, Stásime, abi huc ad meám sororem, ad Cálliclem:
Dic hóc negoti quómodo actumst. *St.* Ibitur.
Les. Et grátulator meaé sorori. *St.* Scilicet.
Ph. I hac, Lésbonice, mécum ut coram núptiis
Diès cónstituatur: eádem haec confirmábimus. 580
Les. Tu istúc curato, quód ego iussi: iam híc ero.

V. 557. Herm. *Si quidem.*

Et Cállicli dic, me út conveniat. *St.* I modo.
Les. De dóte ut videat, quid opus sit facto. *St.* I modo.
Les. Nam cértumst sine dote haúd me dare. *St.* Quin tu í modo.
Les. Neque enim ílli damno unquam ésse patiar. *St.* Abi modo. 585
Les. Meam néglegentiam. *St.* I modo, i modo. *Les.* O pater,
Aequóm videtur, quí, quod peccarim, *St.* I modo.
Les. Potíssimum mihi id óbsit. *St.* I modo. *Les.* O pater,
En úmquam aspiciam te? *St.* I modo, i modo, í modo.
Tandem ímpetravi abíret. Di, vostrám fidem 590
Edepól, re gesta péssume gestám probe,
Si quidem ager nobis sálvos est: etsi ádmodum
In ámbiguo est etiám nunc, quid ea ré fuat.
Sed id si álienatur, áctumst de collo meo.
Gestándus peregre clúpeus, galea, sárcina: 595
Effúgiet ex urbe, úbi erunt factae núptiae:
Ibít istinc aliquo in máxumam malám crucem
Latrócinatum, aut ín Asiam, aut in Cíliciam.
Ibo húc, quo mi imperátumst, etsi odi hánc domum,
Postquam éxturbavit híc nos nostris aédibus. 600

ACTUS TERTIUS.

SCENA I.

CALLICLES, STASIMUS.

CALLICLES.

Quómodo tu istuc, Stásime, dixti? nóstrum herilem fílium
Lésbonicum suám sororem déspopondisse? *St.* Hóc modo.
Call. Quoí homini despóndit? *St.* Lysitelí Philtonis fílio,
Sine dote. *Call.* Sine dóte ille illam in tántas divitiás dabit?

V. 593. Herm. *quid de hac re:*

Nón credibile dícis. *St.* At tu núllus edepol créduas. 605
Si hóc non credis, égo credidero. *Call.* Quíd? *St.* Me nihili péndere.
Call. Quámdudum istuc, aút ubi actumst? *St.* Illico hic ante óstium,
Támmodo, inquit Praénestinus. *Call.* tánton' in re pérdita
Quam ín re salva, Lésbonicus fáctus est frugálior?
St. Atque quidem ipsus últro venit Phílto gratum fílio. 610
Call. Flágitium quidem hércle fiet, nísi dos dabitur vírgini.
Póstremo edepol ád me ego istam rem áttinere intéllego.
Ibo ad meum castígatorem, atque áb eo consilium petam.
St. Própemodum quid illíc festinet, séntio et subolét mihi,
Ut agro evortat Lésbonicum, quándo evortit aédibus. 615
O here Charmidé, quom absenti túa res distrahitúr tibi,
Utinam te redísse salvom vídeam, ut inimcós tuos
Ulciscare, ut míhi, ut erga te fui ét sum, referas grátiam.
Nímium difficile ést reperíri amícum, ita ut nomén cluet,
Quoí tuam quom credíderis rem, sine ómni cura dórmias. 620
Séd generum nostrum íre eccillum vídeo cum affíní suo.
Néscio quid non sátis inter eos cónvenit. celerí gradu
Súnt uterque. illíc reprehendit húnc priorem pállio.
Haúdilli euscheme ástiterunt. húc aliquantum abscéssero.
Ést lubido orátionem audíre duorum affínium. 625

SCENA II.

LYSITELES, LESBONICUS, STASIMUS.

LYSITELES.

Stá illico, noli ávorsari, néque te occultassís mihi.
Les. Pótin' ut me ire, quó profectus súm, sinas? *Lys.* Si in rém tuam
Lésboniee, essé videatúr, glóriae aut famaé, sinam.

Les. Quód est facillumúm, facis. *Lys.* Quid id ést?
Les. Amico, injúriam.
Lys. Néque meumst, neque fácere didici. *Les.* Indóctus quam docté facis 630
Quíd faceres, si quís docuisset te, út sic odio essés mihi?
Béne quom simulas fácere mihi te, mále facis, male cónsulis.
Lys. Égone. *Les.* Tu nae. *Lys.* Quí male facio? *Les.* Qúod ego nolo, id quóm facis.
Lys. Tuaé rei bene consúlere cupio. *Les.* Mélior tu es quam egomét mihi?
Sát sapio, satis ín rem quae sint méam ego conspició mihi. 635.
Lys. An id ést sapere, ut quí beneficium a bénevolente répudies?
Les. Núllum beneficium ésse duco id, quód, quoi facias, nón placet.
Scío ego, et sentio ípse, quid ágam, néque se a me officiúm migrat:
Néc tuis depéllor dictis, quín rumori sérviam.
Lys. Quíd ais? (nam retinéri nequeo, quín dicam ea, quae prómeres) 640
Ita tandem majóres famam trádiderunt tíbi tui,
Ut virtute eorum ánte parta pér flagitium pérderes?
Atqui honori pósterorum tuórum ut vindex fíeres,
Tíbi paterque avósque facilem fécit et planám viam
Ad quaerendum honórem: tu fecísti, ut difficilís foret, 645
Cúlpa maxume ét desidia, tuísque stultis móribus.
Praeóptavisti amórem tuum, virtúti uti praepóneres.
Núnc te hoc pacto crédis posse obtégere errata? ah, nón ita est.
Cápe sis virtutem ánimo et corde expélle desidiám tuo;
In foro operam amícis da, haud in lécto amicae, ut sólitus es. 650

V. 633. Herm. *quid male.*

Atque ego istunc tibi agrúm relinqui a me ób eam rem enixe éxpeto,
Ut tibi sit, qui té corrigere póssis: ne omnino ínopiam
Cives objectáre possint tíbi, quos tu inimicós habes.
Les. Omnia ego istaec, quaé dixisti, scío, vel exsignávero:
Ut rem patriam et glóriam maiórum foedarím meum. 655
Scíbam ut esse mę deceret: fácere non quibám miser:
Ita vi Veneris víctus, captus ótio in fraudem íncidi:
Ét tibi nunc, proinde ác merere, súmmas habeo grátias.
Lys. At meam sic perire operam, et te haec dícta corde spérnere,
Pérpeti nequeó: simul me píget parum pudére te. 660
Ét postremo, nísi me auscultas, átque hoc, ut dicó, facis;
Túte pone té latebis fácile, ne inveniát te honor:
In occulto jacébis, quom te máxume clarúm voles.
Pérnovi ego imperítum Lesboníce, tuum ingenium ádmodum.
Scío te sponte nón tuapte errásse, sed amorém tibi 665
Péctus obscurásse. atque ipse amóris teneo omnis vias.
Ita est amor, balísta ut jacitur: níhil sic celere est, néc volat,
Atque is mores hóminum moros ét morosos éfficit.
Mínus placet, magis quód suadetur, quod dissuadetúr, placet.
Quom ínopia est, cupiás; quando eius cópia est, tum nón velis. 670
Ille qui aspellit, ís compellit: ílle qui consuadét vetat.
Insanum est malúm devorti in hóspitium ad Cupídinem.
Séd te moneo, hoc étiam atque etiam ut réputes, quid facere éxpetas.
Si ístuc conare, út facis mi indícium, tuum incendés genus.
Tum ígitur tibi aquae erít cupido, génus qui restinquás tuum. 675
Atque si eris náctus, proinde ut córde amantes súnt cati,

V. 667. Herm. *neque volat.*

Né scintillam quídem relinques, génus qui conglis-
cát tuum.
Les. Fácile inventu est: dátur ignis, tamen étsi ab
inimicís petas.
Séd tu objurgans me á peccatis rápis deteriorem ín viam.
Meám sororem tibi dem suades síne dote. hoc non
cónvenit, 680
Mé, qui abusus súm tantam rem pátriam porro in dítiis
Ésse, agrumque habére; egere illam aútem, ut me-
rito me óderit.
Núnquam erit aliénis gravis, qui suís se concinnát levem.
Sicut dixi, fáciam: nolo té jactari díutius.
Lys. Tánto meliust té sororis caussa egestatem éxsequi, 685
Atque eum agrum me habére, quam te, túa qui
toleres moénia?
Les. Nólo ego mihi te tám prospicere, quí meam
egestatém leves,
Séd ut inops infámis ne sim; né mi hanc famam dífferant,
Mé germanam meám sororem in cóncubinatúm tibi
Síc sine dote dédidisse, mágis quam in matrimó-
nium. 690
Quís me improbior pérhibeatur ésse? haec famigerátio
Té honestet; me autém collutulet, sí sine dote dúxeris:
Tibi sit emoluméntum honoris; míhi, quod obiec-
tént, siet.
Lys. Quíd? te dictatórem censes fóre, si agrum abs
te accéperim?
Les. Néque volo, neque póstulo, neque cénseo: ve-
rúm tamen 695
Is est honos hominí pudico, méminisse officiúm suum.
Lys. Scío equidem te, animátus ut sis: vídeo, subo-
let, séntio.
Id agis, ut, ubi affínitatem intér nos nostram adstrínxeris,
Atque eum agrum dederis, nec quidquam hic tíbi
sit, qui vitám colas,

V. 677. Herm. *qui ne gliscat tuum.*
V. 694. Herm. *si abs te agrum acceperim.*

Éffugias ex úrbe inanis, prófugus pátriam déseras, 700
Cógnatos, affínitatem, amícos, factis núptiis:
Méa opera hinc protérritum te, meáque avaritia aútument.
Id me commissúrum, ut patiar fíeri, ne animum induxeris.
Quís me improbior pérhibeatur ésse? haec famigerátio
Té honestet, me autém collutulét, sí ego agrum abs te accéperim: 705
Tíbi sit emoluméntum honoris, míhi, quod objecténts siet.
St. Nón enim possum quín exclamem: euge, eúge, Lysitelés, πάλιν.
Fácile palmam habés: hic victus. vícit tua comoédia.
Hic agit magis ex árgumento, et vérsus meliorés facit.
Étiam ob stultitiám tuam te tuéris? multam abómina. 710
Les. Quid tibi interpellátio aut ìn cóncilium huc accéssiost?
St. Eódem pacto, quo húc accessi, abscéssero. *Les.* I hac mecúm domum.
Lysiteles, ibi de ístis rebus plúra fabulábimur.
Lys. Nihil ego in occulto ágere soleo. Méus ut animust, éloquar:
Sí mihi tua sorór, ut ego aequom cénseo, ita nuptúm datur 715
Síne dote, neque tu hínc abiturus, quód meum erit, id erit tuum:
Sín aliter animátus es, bene, quód agas, eveniát tibi.
Égo amicus nunquám tibi ero alio pácto. sic senténtiast.
St. Abiit hercle quidem: écquid audis, Lysiteles? ego té volo.
Hic quoque hinc abiit. Stásime, restas sólus. quid ego núnc agam? 720
Nísi uti sarcinám constringam, et clúpeum ad dossum acómmodem:
Fulmentas iubeám suppingi sóccis: non sistí potest.
Crédo ad summos béllatores ácrem fugitorém fore;
Ét capturum spólia ibi illum, quí meo hero advorsus vénerit.
Vídeo caculam militarem mé futurum haud lóngius: 725

Aút aliquem ad regem ín saginam si hérus se conjexít meus,
Égomet, quam extemplo árcum mi et pharetram ét sagittas súmpsero,
Cássidem in capút, dormibo plácide in contubérnio.
Ad forum ibo: núdius sextus quoí talentum mútuom
Dédi, reposcam, ut hábeam, mecum quód feram, viáticum. 730

SCENA III.

MEGARONIDES, CALLICLES.

MEGARONIDES.

Ut míhi rem narras, Cállicles, nulló modo
Pote fieri prorsus, quín dos detur vírgini
Call. Namque hércle honeste fieri ferme nón potest,
Ut éam perpetiar íre in matrimónium
Sine dóte, quom eius rém penes me habeám domi. 735
Meg. Paráta dos domíst, nisi exspectáre vis,
Ut eám sine dote fráter nuptum cóllocet:
Post ádeas tute Phíltonem, et dotém dare
Te ei dícas; facere id eíus ob amicitiám patris.
Verum hóc ego vereor, ne ístaec pollicitátio 740
Te in crímen populo pónat atque infámiam.
Non témere dicant té benignum vírgini;
Datám tibi dotem, ei quám dares, eius á patre;
Ex eá te largitári, neque ita ut sit data,
Columém te sistere ílli, et detraxe áutument. 745
Nunc si ópperiri vís adventum Chármidis,
Perlóngumst: huic ducéndi interea abscésserit
Lubído, atque ea condítio huic vel primáriast.
Call. Eadem ómnia istaec véniunt in mentém mihi.
Meg. Vide, si hóc utibile mágis atque in rem députas 750

V. 744. Herm. *Ex ea largitari illi; neque* etc.
V. 748. accessit ex cod. Ambrosiano Maii.
V. 749. Herm. *Nam hercle omnia istaec.*

Ut ádeam Lesbonícum, edoceam, ut rés se habet.
Call. Ut égo nunc adulescénti thesaurum índicem
Indómito, pleno amóris ac lasciviae?
Minume hércle vero, mínume: nam certó scio
Locúm quoque illum omnem, úbi situst, coméderit. 755
Quem fódere metuo, sónitum ne ille exaúdiat,
Ne ipsám rem indaget, dótem dare si díxerim.
Meg. Quo pácto ergo igitur? *Call.* Clám dos deprómi potest,
Dum occásio ei rei réperiatur: ínterim
Ab amíco alicunde mi árgentum in dotém rogem. 760
Meg. Potin' ést ab amico alicúnde exorari? *Call.* potest.
Meg. Gerraé! nae tu illud vérbum actutum invéneris,
Pol mihi quidem hercle nón est, quod dem mútuom.
Call. Malim hércle ut verum dícas, quam ut des mútuom.
Meg. Sed víde consilium, sí placet. *Call.* Quid cónsilist? 765
Meg. Scitum, út ego opinor, cónsilium inveni.
Call. Quid est?
Meg. Homo cónducatur áliquis jam, quantúm potest,
Ignóta facie, quaé non visitáta sit,
Is homo éxornetur gráphice in peregrinúm modum,
Falsídicum, confidéntem, *Call.* Quid tum póstea? 770
Meg. Quasi sít peregrinus. *Call.* Quíd is scit facere póstea?
Meg. Quasi ád adulescentem á patre ex Seleúcia
Veniát, salutem ei núnciet verbís patris,
Illúm bene gerere rem, ét valere et vívere,
Et eúm rediturum actútum. ferat epístulas 775
Duas: eás nos consignémus, quasi sint á patre:
Det álteram illi, atque álteram dicát tibi
Dare sése velle. *Call.* Pérge porro dícere.
Meg. Seque aúrum ferre vírgini dotem á patre

V. 767—772 hoc ordine posuit Herm. 767. 771. 769. 768. 770. 772.
V. 768. Herm. *Facies.*
V. 771. Herm. *quid istoc facere.*

Dicát, patremque id tibi iussisse aurúm dare. 780
Tenés jam? *Call.* propemodo: átque ausculto pérlubens.
Meg. Tum tu ígitur demum id ádulescenti aurúm dabis,
Ubi erít locata vírgo in matrimónium.
Call. Scite hércle sane. *Meg.* Hoc, úbi thesaurum effóderis,
Suspicionem ab ádulescente amóveris. 785
Censébit aurum esse á patre allatúm tibi.
Tu dé thesauro súmes. *Call.* Satis scite ét probe.
Quamquam hóc me aetatis, sycophantari pudet.
Sed epístulas quando óbsignatas áfferet,
Siquidem óbsignatas tulerit has epístulas, 790
Nonne árbitraris éum adulescentem ánnuli
Patérni signum nóvisse? *Meg.* Etiam tú taces?
Sexcéntae ad eam rem caussae possunt cólligi:
Illum, quem hábuit, perdidit, álium post fecit novom.
Jam si óbsignatas nón feret, dici hóc potest, 795
Apud pórtitorem eás resignatás sibi
Inspéctasque esse. in huiusmodi negótio
Diém sermone térere, segnitiés merast.
Quamvís sermones póssunt longi téxier.
Abi ád thesaurum jám confestim clánculum: 800
Servós, ancillas ámove. atque audín'? *Call.* Quid est?
Meg. Uxórem quoque etiam ipsam hanc rem ut celés, face.
Nam pól tacere núnquam quidquamst quód queat.
Quid núnc stas? quin tu hinc te ámoves, et té moves?
Aperí, deprome inde aúri ad hanc rem quód sat est, 805
Continuoque operi dénuo: sed clánculum,
Sicút praecepi: cúnctos exturba aédibus.
Call. Faciam. *Meg.* At enim nimis hic lóngo sermone útimur.
Diém conficimus, quód jam properato ést opus.
Nihil ést, de signo quód vereare: mé vide. 810
Lepida ést illa caussa, ut commemoravi, dicere,
Apud pórtitores ésse inspectas. dénique
Diéi tempus nón vides? quid illúm putas

Natúra illa atque ingénio? iamdudum ébriust.
Quidvís probari póterit. tum, quod máxumumst, 815
Afférre, non petere híc se dicet. *Call* Jám sat est.
Meg. Ego sycophantam iám conduco dé foro,
Epístulasque iám consignabó duas,
Eumque húc ad adulescéntem meditatúm probe
Mittam. *Call*. Éo ego iam igitur íntro ad officiúm meum. 820
Tu istúc age. *Meg*. Actum réddam nugacíssume.

ACTUS QUARTUS.

SCENA I.

CHARMIDES.

Sálsipotenti et múltipotenti Ióvis fratri aetherei, Neptuno
Laétus lubens laudés ago, gratisque hábeo gratas flúctibus salsis,
Quós penes mei fuít potestas, quíd bonis meis fóret et vitae.
Quóm suis me ex locís in patriam, urbísque moenia réducem faciunt. 825
Atque ego tibi, Neptúne, ante alios deós gratis ago et hábeo summas.
Nám te omnes saevóm, severum atque ávidis moribús commemorant,
Spúrcificum, immanem, íntolerandum, vésanum: ego contra ópera expertus.
Nám pol placidum te ét clementem usqué modo, ut volui, usús sum in alto.
Atque ego hanc tuam glóriam auribús quidem iam accéperam ante, 830

V. 822. Herm. *Jovis fratri Neptuno et Nereo.*
V. 823. Herm. *ago et gratis gratas habeo, et fluctibus salsis.*
V. 825. Herm. *in patriam atque urbem usque in meam reducem faciunt.*
V. 826. Herm. *ago atque habeo.*

Paúperibus te párcere solitum, dítes damnare átque domare.
Abi, laúdo, scis órdine, ut aequomst, tráctare homines: hóc dis dignumst.
Sémper mendicís modesti ut sínt, secus nobilés apud homines.
Fídus fuisti: infídum esse iterant: nam ábsque foret te, sát scio in alto
Dístraxissent, dísque tulissent tuí satellités me foede, 835
Bónaque item omnia úna mecum pássim caeruleós per campos.
Ita jam, quasi canés, haud secus circúmstabant navem túrbine venti,
Imbres, fluctus, átque procellae infénsae confregére malum,
Rúere antemnas, scíndere vela, ní pax propitiá foret praesto.
Apage a me sis. deínde hic certumst me otió dare: sátis partum habeo, 840
Quíbus aerumnis déluctavi, fílio dum divítias quaero!
Séd quis hic est, qui in pláteam ingreditur cúm novo ornatú specieque?
Pól simul, quamquám domi cupio, oppériar tamen, hic quám gerat rem.

SCENA II.

SYCOPHANTA, CHARMIDES.

SYCOPHANTA.

Huíc ego die nomén Trinumo fáciam: nam ego operám meam
Tríbus numis hodié locavi ad ártis nugatórias. 845
Advenio ex Seleúcia, Macédonia, Asia atque Arabia,

V. 841. Herm. *dum hisce aerumnis deluctavi, et filio divitias quaero.*
V. 844. Herm. *diei.*

Quás ego neque oculís, neque pedibus úmquam usurpaví meis
Víden' egestas quíd negoti dát homini miseró mali:
Quom égo nunc subigor tríum numorum caússa, ut has epístulas
Dícam ab eo homine me áccepisse, quem égo, qui sit homo, néscio, 850
Néque novi: neque nátus, necne is fúerit, id solidé scio.
Ch. Pól hic quidem fungíno genere est, cápite se totúm tegit:
Illurica faciés videtur hóminis; eo ornatu ádvenit.
Syc. Ille qui me condúxit, ubi condúxit, abduxít domum:
Quaé voluit, mihi díxit: docuit, ét praemonstravít prius, 855
Quómodo quidque agerém. nunc adeo, sí quid ego addidero ámplius,
Eó conductos mélius de me núgas conciliáverit.
Ut ille me exornávit, ita sum ornátus. argentum hóc facit.
Ipse ornamenta á chorago haec súmpsit suo perículo.
Núnc ego si potero órnamentis hóminem circumdúcere, 860
Dábo operam: ut me esse ípsum plane sycophantam séntiat.
Ch. Quám magis specto, mínus placet mi haec hóminis facies. míra sunt,
Ni illic homo est aut dórmitator, aút sector zonárius.
Lóca contemplat, círcumspectat sése, atque aedis nóscitat,
Crédo, edepol, quo nox furatum veniat, speculatúr loca. 865
Mágis lubidost óbservare, quíd agat: ei rei operám dabo.
Syc. Hás regiones démonstravit míhi ille conductór meus:
Apud illas aedís sistendae míhi sunt sycophántiae.
Fóris pultabo *Ch.* Ad nóstras aedis hic quidem habet rectám viam.

V. 848. Herm. *male*.
V. 865. Herm. *mox*.

Hércle, opinor, mi ádvenienti hac nóctu agitandumst vigilias. 870
Syc. Aperite hoc, aperite. heus, ecqui hic fóribus tutelám gerit?
Ch. Quid, adulescens, quaéris? quid vis? quíd istas pultas? *Syc.* Heús senex,
Cénsus quom sum, júratori récta rationém dedi.
Lésbonicum hic ádulescentem quaéro, in his regiónibus
Ubi habitet, et item álterum ad istanc cápitis albitúdinem, 875
Cálliclem quem aibát vocari, has mihi qui dedit epístulas.
Ch. Meúm gnatum hic quidem Lésbonicum quaérit et amicúm meum,
Quoí ego liberósque bonaque cómmendavi, Cálliclem.
Syc. Fác me, si scis, cértiorem, hosce hómines, ubi habitánt, pater.
Ch. Quíd eos quaeris? aút quis es? aut únde es? aut unde ádvenis? 880
Syc. Múlta rogitas símul: nescio quid éxpediam potissumum.
Si únum quidquid síngillatim et plácide percontábere,
Ét meum nomen, ét mea facta, et itinera ego fató scias.
Ch. Fáciam ita ut vis. ágedum nomen mémora tuum primúm mihi.
Syc. Magnum facinus incipissis pétere. *Ch.* Quid ita? *Syc* Quía, pater, 885
Ante lucem si íre occipias á meo primo nómine,
Concubium sit nóctis, priusquam ad póstumum perveneris.
Ch. Fáce opust et viático ad tuum nómen, ut tu praédicas.
Syc. Ést minusculum álterum, quasi vásculum vinárium.
Ch. Hic homo solide sycophanta est. quíd ais tu, adulescéns! *Syc.* Quid est? 890

V. 871. Herm. *ecquis.*
V. 873. Herm. *Cénsus sum, quom juratori.*
V. 887. Herm. *priusquam tu ad postremum pervenas.*

Ch. Eloquere, isti tíbi quid homines débent, quos tu quaéritas?
Syc. Páter istius ádulescentis dédit has duas mi epístulas Lésbonici. is mi ést amicus. *Ch.* Téneo hunc manifestárium.
Mé sibi epistulás dedisse dícit, ludam hominém probe.
Syc. Ita ut occepi, si ánimum advortas, dícam. *Ch.* Dabo operám tibi 895
Syc. Hánc me jussit Lésbonico dáre suo gnato epístulam,
Ét item hanc alterám suo amico Cállicli jussít dare.
Ch. Míhi quoque edepol, quom híc nugatur, contra nugarí lubet.
Ubi ipse erat? *Syc.* Bene rém gerebat. *Ch.* Érgo ubi? *Syc.* In Seleúcia.
Ch. Ab ipson' istas áccepisti? *Syc.* E mánibus dedit ipse ín manus. 900
Ch. Quá facie est homó? *Syc.* Sesquipede quídem is est quam tu lóngior.
Ch. Haéret haec res: sí quidem ego absens súm, quam praesens lóngior.
Nóvistin' hominem? *Syc.* Hém, ridicule rógitas, quocum uná cibum
Cápere soleo. *Ch.* Quíd est ei nomen? *Syc.* Quód edepol hominí probo.
Ch. Lúbet audire. *Syc.* Illi édepol, illi, illi, illi. vae miseró mihi. 905
Ch. Quíd est negoti? *Syc.* Dévoravi nómen imprudéns modo.
Ch. Nón placet, qui amícos intra déntis conclusós habet.
Syc. Atque etiam modo vórsabatur mi ín labris primóribus.
Ch. Témpere huic hodie ánteveni. *Syc.* Téneor manifestó miser.
Ch. Jámne commentátus nomen? *Syc.* Deúm me hercle atque hominúm pudet 910
Ch. Víde, homo, ut hominem nóris. *Syc.* Tamquam mémet. fieri istúc solet,

Quód manu teneás atque oculis vídeas, id desídéres.
Lítteris recómminiscar, C ést principium nómini.
Ch. Cállicles? *Syc.* Non ést. *Ch.* Callippus? *Syc.* Nón est. *Ch.* Callidémides?
Syc. Nón est. *Ch.* Callinícus? *Syc.* Non est. *Ch.* Cállimarchus? *Syc.* Níl agis 915
Néque adeo edepol flócci facio, quándo egomet memini mihi.
Ch. At enim multi Lésbonici súnt hic: nisi nomén patris
Díces, non monstráre possum hos hómines, quos tu quaéritas.
Quód ad exemplum est? cóniectura si reperire póssumus.
Syc. Ad hoc exemplumst, Chár. *Ch.* Chares? an Chármadas? num Chármides? 920
Syc. Hem, ístic erit. qui istúm Di perdant. *Ch.* Díxi ego iamdudúm tibi:
Béne te potius dícere aequomst hómini amico quám male.
Syc. Sátin' intra labra átque dentis látuit vir minumi preti?
Ch. Né male loquere absénti amico. *Syc.* Quíd ille ergo ignavíssumus
Látitabat mihi! *Ch.* Réspondisset, si áppellasses nómine. 925
Séd ipse ubi est? *Syc.* Pol illúm liqui ad Rhadamántem in Cercopia ínsula
Ch. Quís homo est me insipiéntior, qui ipse égomet, ubi sim, quaéritem?
Séd nil discondúcit huic rei. quíd ais? *Syc.* Quid? *Ch.* Hoc, quod té rogo.
Quós locos adísti? *Syc.* Nimium mírimodis mirábiles.
Ch. Lúbet audire, nisi molestumst. *Syc.* Quín discupio dícere. 930
Omnium primum in Póntum advecti ad Arabiam terrám sumus.

V. 912. Herm. *quod in manu.*
V. 914. Herm. *Callias? Non est.*
V. 920. Herm. *an Charidemus? num Charmides?*
V. 926. Herm. *Cecropia.*

Ch. (Eho!) An etiam Arabia ést in Ponto? *Syc.* Est: nón illaec, ubi tus gígnitur,
Séd ubi absinthiúm fit, atque cúnila gallinácea
Ch. Nímium graphicum hunc núgatorem. séd ego sum insipiéntior,
Qui égomet, unde rédeam, hunc rogitem; quae égo sciam, atque hic nésciat: 935.
Nísi quia hunc lubet éxperiri, quo évasurust dénique,
Quíd tibi est nomén, adulescens? *Syc.* Páx, id est nomén mihi.
Hóc cotidiánumst. *Ch.* Edepol nómen nugatórium:
Quási dicas, si quíd crediderim tibi, pax, periisse íllico.
Séd quid ais, quo inde ísti porro? *Syc.* Si ánimum advortas, éloquar. 940
Ad caput amnis, quód de coelo exóritur sub solió Iovis.
Ch. Sub solio Jovis? *Syc.* Ita dico. *Ch.* E coelóne? *Syc.* Atque e medió quidem.
Ch. (Eho!) An etiam in coelum éscendisti? *Syc.* immo hóriola advectí sumus,
Usque aqua advorsá per amnem. *Ch.* (Eho!) anne étiam vidistí Iovem?
Syc. Alii di isse ad víllam aiebant sérvis deprompt-túm cibum. 945
Deínde porro. *Ch.* Deínde porro nólo quidquam praédices.
Syc. Ego vero hercle, si és molestus. *Ch.* Nám pudicum néminem
Ésse oportet hóminem, abs terra ad coélum qui pervénerit.
Syc. Dímittam, ut te vélle video. séd monstra hosce hominés mihi,
Quós ego quaero, quíbus me oportet hás deferre epístulas. 950.
Ch. Quíd ais tu nunc? Si forte ipsum Chármidem conspéxeris,

V. 944. Herm. *an etiam:*
V. 945. Herm. *Eum alii di isse ad villam aibant.*
V. 947. Herm. *Ego quidem hercle.*
V. 950. Herm. *Hos ego.*

Illum, quem tibi istás dedisse cómmemoras epístulas.
Nóverisne hominem? *Syc.* Hém, nae tu edepol me árbitrare bélluam,
Quí quidem non novísse possim, quícum aetatem exégerim.
An ille tam esset stúltus, qui mihi mílle nummum créderet 955
Philippum, quod me aurúm deferre jússit ad gnatúm suum,
Atque ad amicum Cálliclem, quoi rem aíbat mandasse híc suam?
Míhi id concrederét, ni et me ille et égo illum novissem ápprobe?
Ch. Énimvero ego nunc sycophantae huic sycophantarí volo:
Si húnc possum illo mílle nummum Philippo circumdúcere, 960
Quód sibi me dedísse dixít: quem égo, qui sit homo, néscio;
Néque oculis ante húnc diem umquam vídi, eine aurum créderem?
Quoí, si capitis rés sit, numum númquam credam plúmbeum.
Aggrediundust mi híc homo astu. heus, Páx, te tribus verbís volo.
Syc. Vél trecentis. *Ch.* Háben' tu aurum id, quod áccepisti a Chármide? 965
Syc. Atque etiam Philippúm, numeratum illíus in mensá manu
Mílle numum. *Ch.* Némpe ab ipso id áccepisti Chármide?
Syc. Mírum quin ab avo eíus, aut proavo accíperem, qui sunt mórtui.
Ch. Adulescens, cedo dum ístuc aurum míhi. *Syc.* Quod égo dem aurúm tibi?
Ch. Quód te a me accepísse fassus. *Syc.* Abs te accepisse? *Ch.* Ita loquor. 970
Syc. Quís tu homo es? *Ch.* Qui mílle numum tíbi dedi, ego sum Chármides.

Syc. Néque edepol tu is és, neque hodie is úmquam éris, huic auró quidem.
Abi sis, nugatór: nugari núgatori póstulas.
Ch. Chármides ego súm. *Syc.* Nequidquam hercle és: nam nihil aurí fero.
Nímis argute mi óbrepsisti in éapse occasiúncula. 975.
Póstquam ego me aurum férre dixi, póst tu factus Chármides.
Prius non tu is eras, quam aúri feci méntionem. níl agis.
Proínde tu itidem, ut chármidatus, rúrsum te rechármida.
Ch. Quís ego sum igitur, sí quidem is non sum, quí sum? *Syc.* Quid id ad me áttinet?
Dum ílle ne sis, quem égo esse nolo, sís mea caussa, quílubet. 980
Prius non is eras, quí eras: nunc is fáctus, qui tum nón eras.
Ch. Age, si quid agis. *Syc.* Quíd ego agam? *Ch.* Aurum rédde: *Syc.* Dormitás, senex.
Ch. Fássus Charmidém dedisse aurúm tibi? *Syc.* Scriptúm quidem.
Ch. Próperas an non próperas ire actútum ab his regiónibus,
Dórmitator, príusquam ego hic te iúbeo mulcarí. male? 985.
Syc. Quamóbrem? *Ch.* Quia illum quem émentitus és, ego sum ipsus Chármides,
Quém tibi epistulás dedisse tu aíbas. *Syc.* Eho, quaeso án tu is es?
Ch. Is enim vero sum. *Syc.* Ain tu tandem, is ípsusne es? *Ch.* Aio. *Syc.* Ipsus es?
Ch. Ipsus, inquam, Chármides sum. *Syc.* Ergo ípsusne es? *Ch.* Ipsíssumus.
Abin hinc ab oculís? *Syc.* Enimvero séro quoniam huc ádvenis 990
Vápulabis árbitratu meo ét novorum aedílium.
Ch. At etiam maledícis? *Syc.* Immo, sálvos quandoquidem ádvenis,

Dí me perdant, sí te fioccifácio, an periissés prius.
Égo ob hanc operam argéntum accepi: té macto infortúnio.
Caéterum qui sis, qui non sis, flóccum non intérduim 995
Ibo ad illum, renúnciabo, míhi qui tris numós dedit,
Ut sciat, se pérdidisse, ego ábeo. male vive ét vale,
Quód di te omnes ádvenientem péregre perdant, Chármides.

SCENA III.

CHÁRMIDES.

Postquam ílle hinc abiit, póst loquendi líbere
Vidétur tempus vénisse, atque occásio. 1000
Iamdúdum meum ille péctus pungit áculeus,
Quid illí negoti fúerit ante aedís meas.
Nam epístula illa míhi concenturiát metum
In córde, et illud mílle numum, quám rem agat.
Numquam édepol temere tínnit tintinnábulum: 1005
Nisi qui illud tractat aút movet, mutúm tacet.
Sed quis híc est, qui huc in pláteam cursuram íncipit?
Lubet óbservare, quíd agat: huc concéssero.

SCENA IV.

STASIMUS, CHARMIDES.

STASIMUS.

Stásime, fac te própere celerem, récipe te ad dominum domum,
Né subito metus éxoriatur scápulis stultitiá tua. 1010
Adde gradum, approperá: iamdudum fáctumst, quom abiistí domo.
Cáve sis tibi, ne búbuli in te cóttabi crebrí crepent.

V. 998. Herm. *quo di te.*
V. 1011. Herm. *abisti.*

Si áberis ab heri quaéstione. né destiteris cúrrere.
Écce hominem te. Stásime, nihili. sátin' in thermopólio
Cóndalium es oblítus, postquam thérmopotas gúttu-
rem? 1015
Récipe te, et recúrre petere ré recenti. *Ch.* Huic,
quísquis est,
Cúrculio est exercitor: is hunc hóminem cursuráma
docet.
St. Quid, homo nihili, nón pudet te? tríbusne te potériis.
Mémoriae esse oblítum? an vero, quóniam cum frugi
hóminibus
Ibi bibisti, qui áb alieno fácile cohiberént manus? 1020
Théruchus fuit, Céroonicus, Crínus, Cercobolus,
Cóllabus,
Oculicrepidae, crúricrepidae, férriteri, mastígiae.
Inter eosne hominés condalium té redipisci póstulas?
Quórum unus subrípuerit currénti cursori solum?
Ch. Ita me di ament, gráphicum furem. *St.* Quid ego,
quod periit, petam? 1025
Nísi etiam labórem ad damnum appónam in apothe-
cam insuper?
Quín tu quod periit, periisse dúcis? cape vorsóriam.
Récipe te ad herum. *Ch.* Nón fugitivost hic homo:
commeminit domi.
St. Utinam veteres móres, utinam véteres parsimóniae
Pótius maiori éssent hic honóri, quam morés mali. 1030
Ch. Di immortales, básilica hic quidem fácinora in-
ceptát loqui.
Vétera quaerit, vétera amare hunc móre maiorum scias.
St. Nám nunc more nihili faciunt, quód licet, nisi
quód lubet.
Ambitio iam móre sanctast, líberast a légibus.
Scúta jacere, fúgereque hostes, móre habent licén-
tiam: 1035
Pétere honorem pró flagitio móre fit. *Ch.* Morem
improbum!

V. 1015. Herm. *thermopotasti.*
V. 1033. Herm. *mores.*

St. Strénuos jam praéterire móre fit. *Ch.* Nequam id quidemst.
St. Móres leges pérduxerunt jam ínpotestatém suam,
Máge quis sunt obnóxiosae, quám — parentes líberis.
Eaé miserae etiam ad párietem sunt fíxae clavis férreis, 1040
Ubi malos morés affigi nímio fuerat aéquius.
Ch. Lúbet adire atque áppellare hunc: vérum ausculto pérlubens.
Ét metuó, si cómpellabo, ne áliam rem occipiát loqui
St. Néque istis quidquam lége sanctumst. léges mori sérviunt.
Móres autem rápere properant, quá sacrum, qua públicum. 1045
Ch. Hércle istis malám rem magnam móribus dignúmst dari.
St. Nónne hoc publice ánimum advorti? nam id genus hominum hóminibus
Universis ést advorsum, atque ómni pópulo mále facit:
Mále fidem servándo, illis quoque ábrogant etiám fidem,
Quí nil meriti: quíppe ex eorum ingénio ingenium horúm probant. 1050
Hóc qui in mentem vénerit mihi, reípsa modo commónitus sum.
Sí quis mutuóm quid dederit, fit pro propio pérditum.
Quóm repetas, inimícum amicum béneficio inveniás tuo.
Sí mage exigere cúpias, duárum rérum exoritur óptio:
Vél illud, quod credíderis, perdas; vél illum amicum amíseris. 1055
Ch. Méus est hic quidem Stásimus servos. *St.* Nám ego talentum mútuom
Quód dederam, talénto inimicum mi émi, amicum véndidi.
Séd ego sum insipiéntior, qui réhus curem públicis
Pótius quam id, quód próxumumst, meo térgo tutelám geram.

V. 1043. Herm. *sed mutuó.*

Eó domum. *Ch.* Heus tu, asta illico. audi, heus. *St.* Non sto.
Ch. At ego stare té volo. 1060
St. Quíd si egomet te vélle nolo? *Ch.* Ah nímium, Stasime, saéviter.
St. Émere meliust, quoi ímperes. *Ch.* Pol ego émi atque argentúm dedi.
Séd si non dicto aúdiens est, quíd ago? *St.* Da magnúm malum.
Ch. Béne mones: ita fácere certumst. *St.* Nísi quidem es obnóxius.
Ch. Sí bonus est, obnóxius sum: sín secust, faciam út iubes. 1065
St. Quíd id ad me adtinét, bonisne sérvis tu utare án malis?
Ch. Quía boni malíque in ea re párs tibi est. *St.* Partem álteram
Tíbi permitto, illam álteram ad me, quód boni est, adpónito.
Ch. Sí eris meritus, fiet. respice ád me huc. ego sum Chármides.
St. Hém, quis est, qui méntionem fácit homo hominis óptumi? 1070
Ch. Ipse homo optumús. *St.* Mare, terra, coélum, di, postrám fidem
Sátin' ego oculis pláne video? estne ípsus, an non ést? is est.
Cérte is est: is ést profecto. o mí here exoptatíssume.
Sálve. *Ch.* Salve, Stásime. *St.* Salvom té. *Ch.* Scio et credó tibi.
Séd omitte alia: hoc míhi responde. líberi quid agúnt mei? 1075
Quós reliqui hic, fílium atque fíliam. *St.* Vivónt, valent.
Ch. Némpe uterque. *St.* Utérque. *Ch.* Di me sálvom et servatúm volunt.
Caétera intus ótiosé pércontabor, quaé volo.
Eámus intro: séquere. *St.* Quo tu agís te? *Ch.* Quonam nísi domum.

St. Híccine nos habitáre censes? *Ch.* Ubinam ergo alibi cénseam? 1080
St. Iám. *Ch.* Quid iam? *St.* Non súnt nostrae aedes ístae. *Ch.* Quid ego ex te aúdio?
St. Véndidit tuus nátus aedis. *Ch.* Périi. *St.* Praesentáriis
Argenti minís numeratis. *Ch.* Quót? *St.* Quadraginta. *Ch.* Occidi
Quís eas emit? *St.* Cállicles, quoi tuám rem commendáveras,
Is habitatum huc cómmigravit, nósque exturbavít foras. 1085
Ch. Ubi nunc filiús meus habitat? *St.* Híc in hoc postículo.
Ch. Mále disperii. *St.* Crédidi aegre tíbi id, ubi audissés, fore.
Ch. Égo miser meís periclis súm per maria máxuma
Véctus, capitalí periclo pér praedones plúrimos
Mé servavi, sálvos redii: núnc hic disperii miser 1090
Própter eosdem, quórum caussa fui hác aetate exércitus.
Adimit animam mi aégritudo. Stásime, tene me. *St.* Vísne aquam
Tíbi petam? *Ch.* Res quom ánimam agebat, tum ésse offusam opórtuit.

SCENA V.

CALLICLES, CHARMIDES, STASIMUS.

CALLICLES.

Quid hoc híc clamoris aúdio ante aedís meas?
Ch. O Cállicles, o Cállicles, o Cállicles. 1095
Qualíne amico méa commendaví bona?
Call. Probo ét fideli, et fído et cum magná fide:
Et sálve, et salvom te ádvenisse gaúdeo.
Ch. Credo ómnia istaec, sí ita est, ut tu praédicas.

V. 1080. Herm. *ego*.

Sed quis iste est tuus ornátus? *Call.* Ego dicám tibi. 1100
Thesaúrum effodiebam intus, dotem filiae
Tuae quae daretur. séd narrabo intús tibi
Et hóc et alia. séquere. *Ch.* Stasime. *St.* En. *Ch.* Strénue
Curre ín Piraeum, atque únum curriculúm face.
Vidébis iam illic návem, qua advectí sumus. 1105
Iubéto Sangariónem, quae imperáverim,
Curáre, ut efferántur: et tu itó simul.
Solútumst portitóri jam portórium.
St. Nihil ést morae. *Ch.* I nunc, ámbula. actutúm redi.
St. Illíc sum atque hic sum. *Call.* Séquere tu me intro hác. *Ch.* Sequor. 1110
St. Hic méo hero amicus sólus firmus réstitit,
Neque démutavit ánimum de firmá fide.
Sed hic únus, ut ego súspicor, servát fidem.
Quamquám labores múltos ob rem herí mei
Et líberum eius eum égo cepisse cénseo. 1115

ACTUS QUINTUS.

SCENA I.

LYSITELES.

Hic homo ést hominum omnium praécipuus
Voluptátibus gaudiisque ántepotens.
Ita cómmoda, quae cupio, éveniunt:
Quod ago, ássequitur, subit, súbsequitur:
Ita gaúdiis gaudium súppeditat. 1120
Ac me Stasimus Lésbonici sérvos convenit modo:
Is mihi dixit, súum herum peregre huc ádvenisse Chármidem.
Núnc mi is propere cónveniundust, út quae cum eius fílio

V. 1110. Herm. *tu hac me intro.*
V. 1116. v. Herm. doctr. metr. p. 393.
V. 1119. Herm. *subest, subsequitur.*

Ègi, ei re fundús pater sit pótior. eo jam. séd fores 1125
Haé sonitu suó moram mihi óbiciunt incómmode.

SCENA II.

CHARMIDES, CALLICLES, LYSITELES, LESBONICUS.

CHARMIDES.

Néque fuit, neque erít, neque esse quemquam hóminum in terra dum árbitror,
Quoi fides fidélitasque amícum erga aequiperét suum:
Nam éxaedificavisset me ex his aédibus, absque té foret.
Call. Sí quid amicum ergá bene feci, aut cónsului fidéliter, 1130
Nón videor meruísse laudem: cúlpa caruisse árbitror.
Nám beneficium, quód datur homini próprium, proprium súmpserit:
Quód datum utendúmst, repetundi id cópiast, quandó velis.
Ch. Ést ita, ut tu dícis. sed ego hoc néqueo mirari satis,
Eúm sororem déspondissse suam ín tam fortem fámiliam, 1135
Lysiteli quidém Philtonis fílio. *Lys.* Enim me nóminat.
Ch. Fámiliam optumam óccupavit. *Lys.* Quíd ego cesso hos cólloqui?
Séd maneam etiam, opínor: namque hoc cómmodum orditúr loqui.
Ch. Váh. *Call.* Quid est? *Ch.* Oblítus intus dúdum tibi sum dícere:
Módo mi advenientí nugator quídam occessit óbviam. 1140
Nímis pergraphicus sycophanta: is mille numum se aúreum

V. 1125. Herm. *rei.*
V. 1132. Herm. *proprium, pro proprio perit.*
V. 1140. Herm. *accessit.*

Meó datu tibi ferre, et gnato Lésbonico aïbát meo:
Quem égo nec qui esset nóram, neque eum ante úsquam conspexí prius.
Séd quid rides? *Call.* Meo állegatu vénit, quasi qui aurúm mihi
Férret abs te, quód darem tuae gnátae dotèm: ut filius 1145
Tuús, quando illi a me darem esse allátum id abs te créderet;
Neú qui rem ipsam pósset intellégere, thesaurúm tuum
Mé esse penes, atque eum á me lege pópuli patrium pósceret.
Ch. Scíte edepol. *Call.* Megarónides commúnis hoc meus ét tuus
Bénevolens comméntust. *Ch.* Quin collaúdo consilium, ét probo. 1150
Lys. Quíd ego ineptus, dúm sermonem véreor interrúmpere,
Sólus sto; nec, quód conatus sum ágere, ago? homines cólloquar.
Ch. Quís hic est, qui huc ad nós incedit? *Lys.* Chármidem socerúm suum
Lysiteles salútat. *Ch.* Di dent tíbi, Lysiteles, quaé velis.
Call. Nón ego sum dignús salutis? *Lys.* Immo salve, Cállicles. 1155
Húnc priorem aequómst me habere. túnica propior pállio est.
Ch. Déos volo consília vobis vóstra recte vórtere.
Fíliam meam tíbi desponsam esse aúdio. *Lys.* Nisi tú nevis.
Ch. Immo haud nolo. *Lys.* Spónden' ergo tuám gnatam uxorém mihi?
Ch. Spóndeo, et mille aúri Philippum dótis. *Lys.* Dotem níl moror. 1160
Ch. Si ílla tibi placét, placenda dós quoque est, quam dát tibi.

V. 1147. Herm. *et thesaurum.*

Póstremo hoc, quod vís, non duces, nísi illud, quod non vís, feres.
Call. Iús hic orat. *Lys.* Impetrabit te ádvocato atque árbitro.
Istac lege fíliam tuam spónden' mi uxorém dari?
Ch. Spóndeo. *Call.* Et ego spóndeo idem. *Lys.* Oh, sálvete affinés mei. 1165
Ch. Atque edepol sunt rés, quas propter tíbi tamen succénsui.
Call. Quíd ego feci? *Ch.* Meúm conrumpi quía perpessus fílium.
Call. Si íd mea voluntáte factumst, ést quod mihi succénseas.
Séd sine me hoc àbs te ímpetrare, quód volo. *Ch.* Quid id ést? *Call.* Scies.
Sí quid stulte fécit, ut ea míssa facias ómnia. 1170
Quíd quassas capút. *Ch.* Cruciatur cór mi, et metuo. *Call.* Quídnam id est?
Ch. Quóm ille ita est, ut ésse nolo, id crúcior. metuo, sí tibi
Dénegem, quod me óras, ne te léviorem erga mé putes.
Nón gravabor. fáciam ita, ut vis. *Call.* Próbus es. eo, ut illum évocem.
Ch. Míserumst, male proférita, ut merita, sí mi ulcisci nón licet. 1175
Call. Aperite hoc, aperíte propere, et Lésbonicum, sí domist
Évocate: ita súbitumst, propere quód eum conventúm volo.
Les. Quís homo tam tumúltuoso sónitu me excivít foras?
Call. Bénevolens tuus átque amicust. *Les.* Sátine salvae? díc mihi.
Call. Récte. tuum patrém redisse sálvom peregre gaúdeo. 1180
Les. Quís id ait? *Call.* Ego. *Les.* Tún' vidisti? *Call.* Et túte idem videás licet.

V. 1173 Herm. *ne me leviorem erga te.*
V. 1179. Herm. *salve.*

Les. O pater, patér mi, salve. *Ch.* Sálve múltum, gnáte mi.
Les. Sí quid tibi, patér, laboris.. *Ch.* Níhil evenit, né time:
Béne re gesta sálvos redeo: sí tu modo frugi ésse vis,
Haéc tibi pactast Cálliclai fília. *Les.* Ego ducám, pater: 1185
Ét eam et si quam aliám jubebis. *Ch.* Quámquam tibi succénsui.
Call. Míseria una uní quidem homini est áffatim. *Ch.* Immo huic ést parum.
Nám si pro peccátis centum dúcat uxorés, parumst.
Les. At jam posthac témperabo. *Call.* Dícis: si faciés modo.
Les. Númquid caussae est, quín uxorem crás domum ducam? *Ch.* Optumumst. 1190
Tu ín perendinúm paratus sís ut ducas. — Plaúdite.

V. 1185. Herm. *Callicli hujus.*
V. 1186. Herm. *Etiam et si.*

FINIS.

ADNOTATIONES

AD

M. ACCI PLAUTI

TRINUMUM.

ADNOTATIONES

AD

M. ACCI PLAUTI

TRINUMUM.

ARGUMENTUM.

V. 9. *liberi*] Omnes codd. Camer. *nubuntur* aut *eri* aut *ire*. Barth. Adv. 16, 29. infelice conatu: *subheri*. Scripsi *Trinumus*, itemque *numus* praeeuntibus Bothio et Osanno anal. crit. p. 14. V. Isidor. Orig. 1, 26. p. 840, 18. *Gothofr.* Priscianus tamen, qui vulgo fertur in hoc acrosticho scripsit: *Trinummus*. V. Wolf. ad Sueton. t. 3. p. 11.

FABULA.

V. 1. *Sequere hac me*] Herm. de suo: *mea*. Non est opus mutatione. V. Epid. 5, 1, 50. et passim.

V. 3. *Adest. en*] Vulgo: *adest. hem*. Metrum h. l. poscit alterum. *Hem* particula monstrantis est, neque ubique pro illa *en* reponendum, quae est sententia Lindemanni ad Capt. 2, 3, 13. Id quod docent loci, quibus ne licet quidem per metrum *en* reponere, velut Poen. 1, 1, 79.

Ag. Quid istuc tumulti est, Milphio? *Mi.* Hem amores tuos
Si vis spectare.

Itemque ap. Terent. Eun. 3, 2, 19.

Gn. Vix. *P.* Ubi tu es, Dore? accede huc. Hem eunuchum tibi.

Monstrantis particula *hem* praeterea his est locis in libris tum mss., tum edd. ferme omnibus: Trin. 1, 2, 148. 2, 4, 130. ubi tamen nunc malim *en*:

En istic oportet obseri mores malos;

ut arsis sit in priori syllaba vocis *istic*. Adde ibid. v. 140. Rud. 5, 4, 1. Capt. 3, 4, 8. Mil. 3, 3, 24. Sed his duobus locis Lindem. dedit: *en* Ter. Andr. 5, 2, 1. — Ceterum pro *adest* infelice conjectura Guilielm. Trin. c. 3. legi vult: *ades*, vel *adesto*. Sed ea solennis formula est opem implorantium, et *adest* bene refertur ad voc. *finis* in vers. praec.

V. 6. *quae haec etiam siet*] Vulg. *quae illa haec siet*. Ald. *quae illa haec etiam siet*.

V. 10. *Sed hunc nunc ea quid*] Vulg. *sed ea huc quid*. Herm. alterum dedit accentus causa. V. ejus praef. p. XVIII.

V. 16. *argumento*] Ex his locis id colliges, prologos ab aliis quibusdam pronuntiari solitos, non ab actoribus, qui primi in scenam veniunt, quive primas partes agunt. Bentl. ad Terent. Heaut. prol. v. 1.

V. 19. *Philemo*] v. Menandr. et Philem. reliqu. coll. Meineke, p. XLIII. sqq. „Etiam latini scriptores nomen in prologo interdum dicebant, quem alioqui pars magna spectatorum ignoraverit." Bentl. l. l. v. 7. ad Phorm. prol. v. 26. Partem huj. vers. citavit Donat. ad Ter. Eun. prol. v. 7. Verba: *Huic nomen graece — Trinumo fecit*. Osann. anal. crit. p. 176 pro interpolatis habet.

ACTUS I. SCENA I.

V. 24. *Immune*] Fest. v. *Immunis: vacans munere. aliquotiens pro improbo ponitur, ut apud Plautum*: immune est facinus. — Interpretatio orta ex loco male intellecto. Melius de h. l. disputavit Muret. V. L. 11, 15., qui tamen citat ex illo: *immane*. Itidemque legitur ap. Cicer. II. Herenn. 23. At: *immune* ap. eundem d. invent. 1, 50. Immune facinus est quod Graeci dicunt: χάρις ἄχαρις, gratia ingrata. Facinus, quod libenter nobis remittunt amici, qui nos immunes quantum ad hoc mu-

nus plerumque malint. Ita Gesnerus explicat. Optime Dousa: immune est, i. e. non habetur pro munere (beneficio), ex usu magis quam ex sententia peccantis est. ingratum ergo est. — Nos: *ein undankbares Geschäft*. Conf. Turneb. Adv. 2, 11. Contrarium huius vocis habes in Mercat. 1, 1, 104.

Dico eius pro meritis gratum me et *munem* fore.

Mss. *moenem* i. e. munem, s. *dankbar*. Male igitur Palmer. spicil. p. 882. tentavit: *memorem*. conf. Gronov. lectt. Plaut. p. 337.

V. 31. *succrevere*] Vulg *succreverunt* Acidal. *succrerunt*. Recte scribitur *succrevere*, quia altera forma non admittit arsin in ultima. Nam si ultima non elideretur, ictus in antepenultimam syllabam; si eliditur, in primam incidere debet. v. Herm. praef. p. XIX.

V. 32. *mores mali*] Both. contulit poetam incertum in Excerpt. Grot. p. 942.

ὡς πάντα τιμῆς ἐστι πλὴν κακοῦ τρόπου!

V. 38. *remoramque*] Fest. v. *remorae* et *remiligines* testatur, Plautum h. v. usum esse etiam alibi, ut in Patina, fabula deperdita, itemque Lucilium, satyrarum scriptorem.

ACTUS I. SCENA II.

V. 39. *Larem*] conf. Tibull. 1, 1, 15, sqq.

V. 41. *evenat*] Reposuit primus in hac fabula hanc formam Herm, cuius v. praef. p. XIX. Damnat eam Osann. anal. p. 134. sq. Puto equidem, comicos, ubicumque per metrum licebat, ea usos esse, molliendi versuum exitus causa; ubi neque licuit, neque propter metrum necesse erat, i. e. in medio versu, non usos esse. Nam quod plurima exempla afferunt, ut probent, in Plautinis exemplaribus reperiri formas *eveniat*, *adveniat*, *perveniant* etc., nemo negat, reperiri: sed alia quaestio est, an metrum admittat choriambum in exitu versus,

ubi vitari potuit: ubi non vitari potuit, velut in vocabulis: *judicio*, *adveniet*, non negandum est, necessitatem pro lege fuisse. Idque locum habet etiam in aliis exemplis, velut: *propitiam*, *propitius*, *commoveo*, *divitias* (quamquam ibi possis legere: *ditias*). Sed *is adeo* ap. Ter. Ad. 1, 1, 15. suspicionem corruptelae movet.

V. 48. *Call. O amice*] Personas melius ordinavit Acidal., quem secutus est jam Gronov. V. Divin. Plautin. p. 496. sqq.

V. 55. *Eho*, *tua uxor*] Huc Herm. praef. p. XXVI. refert fragm. Philemonis:

ἀθάνατόν ἐστι κακὸν ἀναγκαῖον γυνή.

V. 61. *Namque enim*] Acidal. scribit: *neque enim*, et *crede*, non spernens tamen omnino vulgatam *credo*:

Meg, Neque enim tu crede mihi imprudenti obrepseris,
Call Nae tu hercle faxo haud scies quam rem egeris,

praestat fortasse tollere: *namque*, quae videtur esse expositio vocis: *enim*. *Enim* autem passim initio sententiae ponitur, velut: Aulul. 3, 5, 26 et aliis locis, collectis a Pareo in lexic. Plautin. s. v.

V. 62. *faxo*, *tunc scias*] Vulgo:

Nae tu hercle faxo haud scies, quam rem egeris,

contrario sensu, quam nexus orationis postulat. *Faxo*, *ut* apud comicos eundem sensum habet, quem verba: *eveniet*, *ut* etc. Nos: *du sollst bald erfahren*.

V. 63—67. Acidalius tribuit Megaronidi, usque ad verba: *Quid venis?*

V. 65. *proinde ut bene vivitur*, *diu vivitur*.] Ita legebatur ante Acidalium.

V. 70. *nemo est*.] Ante Acidalium:

Call. Nemo est. Quid igitur? *Meg*. rogitas? tene objurgitem?

Est pro: adest, Graecorum more. V. Dorvill. ad Charit. p. 600. *Lips*. Conf. infr. v. 153.

V. 72. *Nam si in te aegrotant*] Acidalius ita legit:

Nam si in te aegrotant artes antiquae tuae,
Ac si demutant mores ingenium tuum;
Sive immutare vis ingenium moribus;
Neque eos antiquos servas, ast captas novos.

Sed non est opus hac transpositione. Homines degenerant aut per se, aut per saeculum et mores aliorum. Jam quae prorsus contraria sunt, per part. *aut* disjunguntur; quae ad idem membrum spectant, per *si* — *sive* junguntur. Alterum h. l. membrum est: si in te aegrotant artes antiquae tuae (*artes* dicit indolem), sive immutare vis ingenium moribus: alterum membrum annectitur per: *aut*. Aut si demutant mores ingenium tuum, i. e. si saeculum mores tuos corrumpit. Similis ad constructionem locus Amphitr. prol. v. 65. sqq., quem locum ita lego:

Nunc hoc me orare a vobis jussit Juppiter,
Ut *conquaestores* singuli in subsellia
Eant per totam caveam spectatoribus;
Si cui fautores delegatos viderint,
Ut his in cavea pignus capiantur togae.
Qui sive palmam ambissint histrionibus,
Seu *cuipiam* artifici, (seu per scriptas literas,
Sive ipsi *ambissint*, seu per internuntium)
Sive adeo aediles perfidiose quoi duint,
Sirempse legem jussit esse Juppiter,
Quasi magistratum sibi alterive ambiverit.

Fautores vel histrionibus vel alii artifici cuipiam ambiunt palmam; ambiunt autem vel per literas, vel ipsi, vel per internuntium: quae dicit videre conquaestores, sive aediles injuste cuipiam palmam dent. *Ambissint* scribo, ut congrua sit temporum consecutio praegresso perfecto: *viderint*. Deinde ultima verbi *ambissint* non potest in arsi esse. Vulgo: *Conquisitores — sive qui ambissent palmam histrionibus — sive qui ipsi ambissent*. Denique *seu cuipiam* pro: *seu cuiquam* quod scripsi, v. ad v.

243. et Fest. p. 158, 20. 394, 59. *Gothofr.* In eadem fab. 4. 3, 15. corrupto metro legitur:

Sive ancillam, *sive* servom, *sive* uxorem, *sive* adulterum,
Seu patrem, *sive* avom videbo, obtruncabo in aedibus.

lego:

Sive ancillam, sive uxorem, servom sive adulterum,
Si patrem, *si* avom videbo, obtruncabo in aedibus.

V. Bentl. ad Ter. Andr. 1, 2, 11. Addo locum emendandum ex ead. fab. 1, 3, 5.

Abeas? *Iu.* Edepol haud quod tui me, *neque* domi distaedeat.

lego:

Abeas? *Iu.* Edepol haud tui quod, *meve* domi distaedeat.

Item transpositione verborum opus videtur, ejusdem fab. scena eadem extr.

Atque quanto, nox, fuisti longior hac proxima,
Tanto brevior dies ut fiat, faciam, ut aeque disparet
Et dies e nocte accedat: ibo et Mercurium subsequar.

lego:

Atque quanto, nox, fuisti longior hac proxima,
Tanto brevior dies ut fiat, faciam: dispar ut dies
Aeque e nocte accedat: ibo et subsequar Mercurium.

Addo locum ex Asin. 2, 2, 67. sq.

Meministin' asinos arcadicos mercatori vendere
Pellaeo nostrum atriensem?

Ita recte legitur pro vulgato:

Mercatori Pellaeo
Nostrum vendere atriensem.

V. Schneider. gr. lat. 1, 1, p. 103. sq. Ibidem 3, 2, init. leguntur haec verba:

Perfidiae laudes gratiasque habemus merito magnas,
Quum nostris sycophantiis, dolis, astutiisque,
Scapularum confidentia *virtute freti*, ulmorum
Admorsum, stimulos, laminas, crucesque, compedesque,
Nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias, 5
Inductoresque aerrimos gnarosque nostri tergi,
Eas nunc legiones copias exercitusque *herorum*
Vi pugnando, perjuriis nostris euge! potiti
Id virtute huius est collegae, meaque comitate
Factum. *Li*, Qui me vir fortior est ad sufferendas plagas? 10

Adscripsi locum, qualis mea quidem ex opinione legi debet. V. 3. ablativus: *virtute* regitur a vocabulo: *confidentia*. V. 4. Vulg. *Qui advorsum stimulos*. Sed *qui* non habent pleraeque edd. Omnes qui sequuntur accusativi, pendent a verbo: *potiti*. Legiones herorum dicit admorsus, stimulos, laminas, et alia hic memorata supplicia. V. 6. *Inductores* pro: *indoctores*, ut vulgo legunt, habent codd. Lang. Post v. 6. vulgo inserunt hunc:

Qui saepe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt,

quem pro interpretamento praecedentis vers. habens delevi. V. 7. dedi *eas* pro *eae* praecedente Acidalio; idque habent edd. pleraeque mediae aetatis. Pro *herorum* vett. pleraeque habent *forum*: itidemque legebatur, in cod. vet. Camer. mso. Unde fuerunt, qui *furum* excogitarent, et jungerent: *furum vi pugnando*. Sed vis furum non est: et *vi pugnando* verba sunt sumta ex oratione proelia describentis in Amphitr. 1, 1, 261.

Et legiones Teleboarum vi pugnando cepimus.

V. 8. retinenda est vulgaris scriptura: *euge*, ultima producta. Id quod docuit Bentl. ad Ter. Andr. 2, 2, 8. V. 9. vulgo ita legitur:

Id virtute huius collegae, meaque comitate factum est.

Emendavit Herm. Ne autem offendas initio verbis: *fretus fiducia*; non multo secus locutus est poeta in Aulul. 3, 6. extr.

Ibo ad te, fretus tua, Fides, fiducia.

V. 78. *Qui in mentem venit*] Ita scribi jussit Sciopp. susp. lectt. p. 94. Vulgo: *quid*.

V. 87 *mihi lubeat suspicarier*] Dusa scribit: *mi*. Sed veteres tragici nunquam *mi* ante consonantem ponunt. v. Herm. praef. ad h. fab. p. XIV. sq.

V. 92. *sunt, quos suspicor*] v. Heindorf. ad Hor. I. satyr. 4, 24.

V. 93. *sunt quorum ingenia*] Vulgo: *non pos-*

sum pro: *nequeo*. Aliam h. l. sanandi viam ingressus est Herm. transponendis verbis:

Sunt quorum haud possum ingenia atque animos noscere.

Acidalium secutus, posui: *nequeo*. Idemque praetulit Bentl. ad Ter. Ad. 3, 2, 10, ubi docet, *ingenium* atque *animum*, utpote cognatae significationis, passim juncta venire.

V. 97. *Si id non me accusas, tute objurgandus*] Vulgo:

Si id non accusas, tu ipse objurgandus es.

In mso Camerar., teste Sciopp. susp. lectt. p. 269. extabat:

Si id me non accusas, tute ipse objurgandus.

Dele voc. *ipse* et vera manus superest. Ultima huius vers. vox: *scio* ante Acidalium tributa est Callicli. Idem e seq. vers. citat: *etsi alia huc causa ad te adveni*. Quod si verum esset, repugnaret h. v. illi supra lecto, ubi, ut *malis te verbis*, Megaronides ait, *multis multum objurgitem*, (veni.)

V. 103. *hostisne an civis comedis*] i. e. peregrinos an cives comedas. V. Cic. d. off. 1, 12. 90. Nonius p. 769, 49. *Gothofr.*

V. 104. *in te dici, ego excrucior miser*] Vulgo:

Haec cum audio in te dicier, exerucior miser.

Antiqua lectio est *dici*, quae in *dicier* mutari nequit, quia haec forma infinitivorum nunquam in versibus jambicis et trochaicis dactylum constituit, docente Herm. praef. p. XVI.

V. 106. *Quin dicant*] v. Donat. ad Ter. Hecyr. 4, 2, 4.

V. 120. *rei*] Praestabat scribere *re* cum Schneidero gr. lat. 1, 1, p. 138. not., itemque *fide* in v. 129. ut scripsi *die* v. 844.

V. 121. *posses*]. Vulg. *possis*.

V. 131. *quid secus est*] mss. Camerar. *quid secutus est*. Unde Rittershus. ap. Sciopp. susp. lectt. p. 269. scripsit: *quid sequius est*.

V. 137. *inconciliastin'*] Festus, *Inconsiliasti, comparasti, commendasti, vel ut antiqui: per dolum decepisti.* Haec interpretatio e nostro loco petita. Sensus autem: malam rem ei et damnum conciliasti.

V. 141. *Crede huic tute: hic jam tuam rem melius gesserit*] Guilielm. Trin. c. 3. legit:

Crede huic tutelam, suam rem melius gesserat.

Ed. Gronovii:

Crede huic tute: suam jam melius rem gesserit,

metro invito. Herm. ex vet. aliqua ed. (v. ejus praef. p. XIV. init.) h. v. restituit, et sensu per ironiam elegante, et rhythmo facili.

V. 150. *quoniam profectus*] Acidalius:

Quoniam hinc profectus est peregre Charmides.

Vulgo autem legunt *est* ante *profectus*. Sed *peregre* secunda producta vix apud quemquam inveneris.

V. 161. *quam cito*] Bentl. comparavit Ter. Eun. 1, 2, 98.

Labascit, victust, uno verbo quam cito.

V. 172. *Gregem universum voluit totum avortere*] Ita h. l. legebatur ante Acidalium, atque ista vitiosa scriptura etiam in ed. Gron. extat. Laudant eius tuendae causa Cic. de N. D 1, 15. *tum eius ipsius principatum, qui in mente et ratione versetur, communemque rerum naturam* universa atque omnia *continentem.* Sed ex bonis libris jam Davis. rescripsit *universam.* Tametsi *omnem universamque naturam* dixit Augustin. C. D. 7, 23. Deinde *omnes nostrae memoriae universos* habent codd. Gelliani N. A. 19, 12, ubi Gronov. recte dedit *homines* pro *omnes.* Denique *omnes universi* laudant ex Cyprian. Ep. 22. p. 48. *Oxon* V. Sciopp susp. lectt. 5, 13. Mss. Camerar. nostro loco *totum* habent, itemque Palatini, teste Pareo anall. Plautin. p. 715.

V. 173. *Sed nunc rogare ego vicissim te volo*] Ante Acidal. et Gronov. *ego rogare*, verbis trajectis.

V. 175. *Face sciam*] Ita Gronov. correxit Herm. praef. p. XVI. In quinta enim sede trimetrorum tribrachum et dactylum, si qua fieri potest, maximeque in bisyllabis vocabulis, Plautus et Terentius vitant.

V. 177. *advorsum quam*] Acidalius, Herm., edd. vett. tum aliae, tum Dresdensis Lindemanni p. 220. *advorsum quod*. Similiter dictum ut *praeter quod*, *prae quod* et similia.

V. 179. *eius essetne ea pecunia*] Acidal. *eiusne esset ea pecunia*. Temere, nam in vulgus notum est, ita traiici particulam interrogativam ad proxima vocabula.

V. 184. *Hascine propter res maledicas famas serunt?*] Gronovius:

Hascine me propter res maledicta differunt?

Mss. Camerar. *maledictas famas ferunt*, teste Sciopio susp. lectt. p. 270. Palatini, editique veteres, teste Pareo anal. Plaut. p. 715. eandem scripturam ferebant. Dusa scripsit:

Hascine me propter res maledictis differunt?

Serunt, non *ferunt* in hac phrasi plerumque usurpatur. Similiter variant editi et liber Ms. in Liv. 33, 32. v. Gronov. obs. 4, 3. p. 538.

V. 191. *communicesque*] Possumus supersedere emendatione Guilielmi Trin. c. 3.

Communitesque mecum meam provinciam.

Provinciae, ait, communiuntur, et munimus munia nostra, dum id quod officii nostri est, sedulo curamus. v. Gronov. l. l.

V. 195. *recepit*] Nonius in v. *recipere* p. 701, 11. *Gothofr. Recipere*, *exceptum facere* (sich vorbehalten). *Plaut. Trin.* ubi nunc adolescens habitat? Posticulum hoc recepit, cum aedes venderet. *Cic. d. orat.* 2 (55): *Sed dicis te, cum aedes venderes, ne in rutis quidem et caesis solum*

tibi paternum recepisse. Idem Nonius in v. *receptitium.. Receptitium servum quidam ab ea proprietate dictum volunt, ut si nequam et nihili sit, qui venundatur, ob aliquid vitium aut malefactum ab aliquo districtiore recipiatur. Sed vera est haec eius nominis interpretatio, quem in data dote aut donarione quis exceperit, quod est proprie receperit. Plaut. Trin.* posticulum hoc recepit, cum aedis vendidit. A. Gell. N. A. 17, 6. *Quando mulier dotem dabat, tum quae ex suis bonis retinebat, neque ad virum tramittebat, ea recipere dicebatur: sicuti nunc quoque in venditionibus recipi dicuntur, quae excipiuntur, neque veneunt. Quo verbo Plautus quoque usus est in Trin.* Posticulum hoc recepit, quum aedes vendidit, *i. e. quum aedes vendidit, particulam quandam, quae post eas aedes erat, non vendidit, sed retinuit.* V. Gronov. ad Senec. Consol. ad Marc. c. 10. Ernest. clav. Cic. s. v. Topic. Cic. c. 26. Pearc. ad Cic. d. or. l. l.

V. 197. *Sed quid ais?*] Acidalius ita distinguit:

Sed quid ais? *Call.* quid nunc? *Meg.* Virgo nempe apud te est. *Call.* ita est.

Haud male. In Asin. 5, 2, 58. lego:

Ar. In oculos invadi nunc est optimum.
Ego pol vivam et tu *isthanc* hodie cum tuo magno malo invocavisti.

Vulgo *isthaec.* Verba: *In oculos — optimum* eidem Artemonae assigno, quae vulgo habet parasitus. Verba autem: *nunc est optimum invadi, occedi* et simil. impetum cum ira facientium sunt. Conf. ad v. 1140.

V. 198. *juxtaque*] Laudat h. v. Nonius in: *juxta* p. 667, 5. *Gothofr. Juxta rursum similiter. Sallust. Jugurth. bell. hyemem atque aestatem juxta pati. Plaut. Trin.* juxtaque eam curo cum mea. *Aulul. dixi tibi, mater, juxta mecum rem tenes.*

V. 203. *assidui*] *dicti locupletes, facile munus*

facientes, ab assibus duendis. A. Gell. N. A. 16, 10. vel ab assidendo in conciliabulis, idque verius, Dous. Priorem explicationem habet etiam Cic. 2. d. rep. p. 124. *Stuttg.* ubi v. Mai.

V. 204. *ibidem traho*] Conf. v. 410. Sensus est: me in eorum numero poni patior, me illis adnumero.

V. 208. *Sciunt quid in aurem*] Gronovius:

Sciunt id quod in aurem rex reginæ dixerit,
Sciunt, quod Juno fabulata est cum Jove:

repugnante quidem metro. Acidal. longius a vulgata recedens:

Quod in aurem rex reginæ dixit, id sciunt,
Quod Juno fabulata est cum Jove, id sciunt.

Herm. pro *id quod* dedit: *quid*, ceteris servatis. Canter. N. L. 2, 12, comparavit Theocrit. 15, 64. ubi v. Valcken.

V. 210. *Neque facta*] Vulgo:

Quae neque futura, neque facta sunt, tamen illi sciunt,

Quia metrum claudicat, Bentl. schediasm. d. metr. Terent. p. XVIII. *Lips.* ita scribit:

Quae neque futura, neque sunt, tamen illi sciunt.

Hoc, ait, sensus ipse, non metrum solum efflagitat: nam *quae futura* et *quae sunt* in eodem genere sunt contraria: non *futura* et *facta*. Si illud: *facta sunt* a poeta esset, dixisset utique: quae neque *fient*, neque *facta* sunt; atque insuper de duobus peccatis unum lucratus esset. — Possis etiam, aut omisso *illi* aut omisso *tamen*, transpositisque *sunt* et *facta* scribere vel:

Quae neque futura, neque sunt facta, illi sciunt,

vel:

Quae neque futura, neque sunt facta, tamen sciunt.

Dictis a Bentleio repugnat locus Amph. 5, 2, 3.

Mitte omnia. quae *futura* et quae *facta* eloquar.

V. 214. *civitate ac sese vivere*] Gronovius:

Indignum civitate hac esse vivere,

Herm. cum Acidalio: *civitate hac et se vivere.* Guilielm. Verisim 1, 24. legit:

Indignum civitate ac sese vivere,

quod recepi, utpote proxime ad scriptorum librorum vestigia accedens, qui ferunt: *hac esse et vivere*, teste Pareo.

V. 219. *unde quidque*] Gronovius repugnante metro: *unde quidquid.* Correxit Acidal.

V. 220. *Famigeratori res sit cum damno et malo*] Ante Camerarium vitiosissime legebatur: *fam grator nae sic.* Correxit Guilielm. Trin. c. 1.

Famigeratori res sit cum damno et malo.

Acidalius reliquis servatis scribit: *famigeratoris*, ita haec verba explicans: Non rem famigeratoris, ait, intelligi volo, sed eam rem esse cum damno et malo famigeratoris. Res autem ea est id ipsum totum, quod praecessit. Nisi enim in exquisitione auctoritatis ab usque stirpe appareat, unde quis auditum quidque dicat, id cum famigeratoris malo esse debere statuitur. — Idem sensus usitato modo existit ex emendatione, quam amplexi sumus, eaque firmatur auctoritate codd. Palatinorum, teste Pareo.

ACTUS II. SCENA I.

V. 229. *artem*] Acidal. conjecit: *partem*, quod quodammodo probatur v. 232. *utra in parte.* Sed retinenda est vulgata, quod poeta rem et amorem artes dicit, quatenus tractantur; quatenus vero in diversa abeunt, partes.

V. 231. *amorine*] sic dedit Herm. postulante metro et duce Acidalio, qui contulit Terent. Heaut. 3, 4, 34.

Fecit animi ut incertus foret,
Pudorine anne amori obsequeretur magis.

V. 237. *expediant*] Palmer. spicil. p. 762. conjecit: *expetant* i. e. quem successum, quem exitum ferant. Sed metrum hanc conjecturam non admittit.

V. 240. *ab re*] i. e. in damnum eorum, qui partes suas sequuntur. Dous. Conf. Acidal. ad Rudent. p. 447.

Subdole subblanditur — celatum indagator] Herm. cogente metro scripsit: *subblanditur* pro vulgato: *blanditur*. Reliqua ita legunt vulgo:

ab re
Consulit blandiloquentulus, harpago, mendax, cuppes, [avarus,
Elegans,] despoliator, latebricolarum hominum corruptor
[Blandus, inops,] celati indagator.

In his quae uncis inclusa sunt, in nostra ed. non leguntur, et Herm., cum metrum prorsus ea ab se segreget, ut interpretationes sese expulisse dicit in praef. p. XI. Harum interpretationum *avarus* ad *harpago*, *elegans* ad *cuppes* (ante Brodae. Misc. 10, 16. legebatur: *copes*), *blandus* ad *blandiloquentulus*, *inops* ad *despoliator* pertinet. *Celatum indagator* scripsi, non: *celati indagator*. V. Viger. p. 53. sqq. ibiq. Herm. p. 714, 47. *sec. ed.* Plat. Apol. Socr. p. 30. D. *H. St.*

V. 243. *Nam cum quisque amat quam*] Saracenus et Both.: *nam cum quis clam amat quam*. Herm. *nam cum quisquam amat quam*. Sed *quisquam* nisi in sententiis negativis non ponitur. Ed. Camerar. *nam qui ab eo quod amat*. Alii aliter. Mss. fere nihil nisi corrupta, velut Palatini Gruteri: *nam quam ad quod damat*, vel: *namque ad quod clamat*. Harum priorem lectionem expressit etiam Aldus, ne reliquorum corruptelas enumerem. Similiter alteri lectioni Palatinorum peccatum in Asin. 3, 3, 42., ubi pro *med amantem* cod. Barth. habet *me clamantem*. Pronomen *quisque* latinis scriptoribus usitatum in sententiis, quae cogitata tantum, non facta exprimunt, praesertim post *ut*, et *ubi*. In Bacch. 3, 3, 67 lego:

Lu. Atque acerrumum: aestuose absorbet, *ubi quemque* attigit!

Adde Curcul. 1, 1, 59.

Ut *quaeque* illi occasio est
Subripere se ad me etc. etc.

Amph. prolog. 70. lego:

Qui sive palmam ambissint histrionibus,
Seu *cupiam* artifici etc.

Uno tantum loco Plauti superest *quisquam* post *si* in sententia quidem affirmativa, sed tamen per hypothesin dubia, Amph. 1, 1, 115.

Sc. Certe edepol scio, si aliud quicquam est quod credam aut certo sciam,
Credo ego hac noctu Nocturnum obdormivisse ebrium.

Eiusdem generis sunt exempla allata ab Heindorf. ad Horat. 1. serm. 4, 35. — Rationem pronominis non satis respexerunt in explicando Horat. 1. od. 38, 5.

Simplici myrto nihil adlabores
Sedulus curo: neque te ministrum
Dedecet myrtus, neque me sub arta
Vite bibentem.

Bentleius legit *cura*, comma ponens post: *Sedulus*. Sententia haec est, ait: *cura* sive *cave*, ne nimia diligentia vel rosam vel philyram vel quidquam appares, praeter unicam myrtum. — At haec si sententia esset, poetam puto positurum fuisse: *simplici myrto ne quid adlabores sedulus, cura*, vel potius: *cave*. Mihi verba ita jungenda esse videntur: *simplici myrto (ut) adlabores sedulus, nihil curo*. Significat autem verbum *adlaboro* idem quod: *praeterea laborare* ut in 5. od. 8 extr. Aliis locis *quisquam* videtur tantum poni, sed non vere ponitur in affirmativa sententia at Asin. 1, 3, 23. 4, 50, 53. et in orat. gregis in fine fab. eiusd. v. 4. passim.

V. 246. *Da mihi hoc — vestiplicae*] H. l. in ed. Gronovii ita legitur:

Da mihi hoc, mel meum, si me amas, si audes.
Ibi ille cuculus, ocelle mi, fiat! et si amplius vis dari,
Dabitur! ibi illa pendentem ferit: jam amplius orat, non sat
Id est mali, si amplius etiam, quod ebibit, quod comest,
Quod facit sumpti. nox datur? ducitur familia tota;
Vestispicae, unctor etc. etc.

In ed. Herm. hi verss. hoc modo sunt dispositi:

Dá mihi hoc, mél meum: sí me amas, aúdias.
Ibi ille cucúlus ecce, ócule mi, fíat et
Istuc et si ámplius tíbi etiam vís dari,
Dábitur: illa íbi pendentém ferit: iam ámplius
Orat, non sát mali est, ni ámpliust, quód bibit,
Quód comest, quód fácit súmptuis. nóx datur,
Dúcitur fámilia ei tóta, vestíspici,
Unctor etc. etc.

Quae qui conferet cum dispositione horum verborum facta in Elem. doctr. metr. p. 212., novam istam et magis cum vulgata scriptura consentire, et lectiones a vett. grammaticis memoratas servari, et rhytmos aequabiles per totum locum, satisque faciles decurrere inveniet. Quare non haesitavi ea sic exprimenda curare.

V. 249. *Pendentém*] vario modo accipi potest. Haud scio an poeta dicere voluerit: *suspensum cura et incertum;* (quo sensu Lambinus accepit;) an allusione imaginis, quae legitur Rud. 3, 4, 17.

La. Quid si attigero? *Tr.* extemplo hercle ego te follem pugilatorium
Faciam, et pendentem incursabo pugnis, perjurissime.

Sed ita inter amantes agi nequit. Restat tertia ratio, qua de iis intelligitur, qui virgis caeduntur. Sed huic idem obloqui possis, quod alteri harum rationum. Amplector igitur cum Acidalio divin. Plautin. p. 504. sq. Lambini explicationem, ut tamen allusio ad illam imaginem propter verbum *ferire*, quod ambiguum sensum habet, non absit.

V. 251. *Sumti*] citat Nonius in v. p. 484. *Mercer.* conf. in v. *comest.* p. 81. — Bentl. h. l. ad Ter. Eun. 5, 8, 57. ita adscripsit:

Non sat est, mali ni amplius etiam,
Quod ebibit, quod comest, quod facit sumti.

In quibus quodnam metrum lateat, nescio. Palmer. spicil. p. 619. ita scribit:

Non sat id est mali, ni amplius etiam quod ebibit,
Quod comest, quod facit sumti, datur, nox ducitur,

Familia tota, vestispicae,
Unctor, auri custos, etc. etc.

Si, inquit, amatori suavium dedit puella, illico res foras labitur, liquitur: ibi ille pendet de scalis, (male huc trahit Palmer. Hor. 2. epist. 2, 15.

In scalis latuit metuens pendentis habenae,

nam hic loquitur poeta de habena, quae in scalis pendet, non de homine, qui caeditur;) ibi ille caeditur: si alia delinimenta verborum addit, (itane delinimenta tibi sunt illa?) non munus solum, etiam quidquid sumtus facit, amoris dispendium est: at nox si ducitur, tum vero exhauritur amator. V. Gronov. obs. 4, 24. p. 804.

V. 252. *Ducitur.*] Acidal. conjecit: *munitur*, quod metrum arcet.

Vestiplicae] Gronovius: *Vestispicae*. Hermann. *Vestispici*. Neutrum cum vestigiis manuscriptorum congruit, qui servant *vestiplice*. Vulgatam explicat etiam Boettinger. in *Sabina* p. 349. vertens: *Garderobemädchen*, *Garderobeaufseherinnen*. V. etiam p. 363. *ed. prior.* Neque diffiteor, etiam Nonium *vestispici* habere p. 489, 39. *Gothofr. vestispici appellabantur vestium custodes servi, quod frequenti diligentia vestes inspiciunt. Plaut. Trin.* Nox datur, ducitur familia tota, vestispici, unctor, auri custos. *Afran. Vopisco: Novi non inscituram* (fort. *inscitam*) *ancillulam vespere et vestispicam. Varro Pappo aut indigamentis: Nasturcium nonne vides ab eo dici, quod nasum torquent: vestispicum, quod vestem spiciat.* Potest tamen aliis sexcentis locis Plauti et aliorum vox: *vestispici*, vel *vestispicae* extitisse; at hic fidem librorum sequor.

V. 253. *flabelliferae*] Böttiger. in *Sabin.* p. 466. sqq. ibiq. not. vertit: *Fächerträgerinnen*. Ejus verba haec sunt: *Zu Fächern wurde der Pfauenwedel gebraucht, welcher im 5. Jahrhundert vor Christi Geb. im eigentlichen Griechenland bekannt wurde. Diese Fächer nun liessen sich die Frauen, wo sie öffent-*

lich erschienen, von besonders dazu bestimmten Sklavenmädchen nebenher tragen, und gegen Sonnen- und Mückenstich gleich geschäftig sichern.

Sandaligerulae] v. Böttiger l. l. p. 372. sqq.

V. 263. *ignorandumst — abhibendum*] Gronovius: *ignorandust: procul adhibendust, atque abstinendus.* Etiam Herm. *adhibendum*, non *abhibendum*, quod debetur Acidalio. Verba: *atque abstinendus* ejeci; sunt enim ut docet Herm. praef. p. XI. sq., explicatio difficilioris loquutionis: *procul adhibendum* (*abhibendum* puto). Metri causa *amorem* scriptum est, deinde *ignorandum*, et *abhibendum*, ut constructio esset eadem quae verbalis graeci. V. Matthiae. gr. gr. §. 447. Buttm. gr. med. §. 121. obs. 3.

266. *Apage*] v. Donat. ad Ter. Eun. 4, 6, 18.

V. 272. *Sibi boni haec expetunt — est preti*] Gronovius:

Boni sibi haec expetunt, rem, fidem, honorem,
Gloriam et gratiam, hoc probis pretium est.

Palmer. spicil. p. 762. eleganti conjectura scripsit, adversante tamen metro: *bonis ibi haec expetunt, res, fides, honor* etc. Palmerio consentit Acidal.

ACTUS II. SCENA II.

V. 276. *se penetravit*] Nonius p. 697. *Gothofr. penetrare, exire, proripere. Plaut. Trin.* Quo illic homo fortasse penetravit aedibus? Adscripta a me in lemmate scriptura Gronovii est. Multa verba neutra ut reciproca usurpat Plautus. Exempla congesserunt Guilielm. Verisim. 1, 24. et Pareus in lex. crit. passim.

V. 279. *feceris*] Herm. praef. p. XXVII. huc trahit Philemonis fragmentum:

βούλου γονεῖς πεὸ πάντος ἐν τιμαῖς ἔχειν.

V. 280. *patrem*] Palmer. spicil. p. 882 legit: *tuum si patrem percolas, pies pietatem*, laudans

ex Asin. 3. 1, 3. haec verba: *ut piem pietatem*. Verius, ait, fortasse: *patrem tuum si percoles per pietatem, nolo ego te* etc. *Per pietatem*, pergit, est obtestatio atque obsecratio, ut illa: per Deos, per Te, per vitam tuam. Secutus sum Acidalium, qui hoc quoque proposuit: *pie coles* pro: *percoles*, ut *pie* sit monosyllabum, ut trisyllabe legendum est etiam *pietatem*. v. Herm. praef. p. XXIV.

V. 290. *quia ego ad hoc genus*] Palmer. spicil. p. 768. legit: *quianam ego ad hoc genus hominum duravi*.

V. 291. *pluris*] Camerar. conjecit: *patres*. Sed Canter. N. L. 4, 18. recte alterum tuetur, et graecis exemplis illustrat, velut ex Aristid. Apolog. πάλιν ποιεῖσθαι παρὰ τὰς πλέονας. Aristoph. Eccles. 1073.

πότερον πίθηκος ἀνάπλεος ψιμμυθίου,
ἢ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν νεκρῶν.

Huic extremo verbo adjectum legitur scholion: πλειόνων, quae est vera scriptoris manus, qua versus etiam integratur. Vocem *plures* eodem sensu, quo hic Ciceroni reddidit Torkillus Baden in *Krit. Bibl.* 3. *Jahrg.* 1. *Heft. p.* 91.

V. 292. *quos laudant, lutant*] Ante Herm. *eosdem lutulant, quos collaudant*. Sed a plerisque libris tum edd., tum Mss. verba: *quos collaudant* absunt.

V. 293. *de artibus*] Revocavi Plauti scripturam e Mostellar. 5, 2, 9.

Callidamate, dei te ament, de coena facio gratiam,

conf. ibid. v. 49.

V. 295. *antiquis*] Hoc vocabulum in omnibus et scriptis et edd. libris reperitur; ab Herm. omissum est, putante illo, explicationis causa ad *meis* adscriptum esse. Verum cum nec metrum, nec sensus retineri vetuerit, retinui. V. ejus praef. p. XII.

Est autem hic versus eiusdem generis, quo qui supra leguntur verss. 246. sqq.

V. 297. *facetos mores*] Vett. edd., quas Meursius consuluit: *fatuos mores:* alii libri: *facetos*, quod et metrum exigit, et sensu praestat.

V. 299. *Bona multa in tuo pectore considente consilia*] Gronov. excudendum curavit: *multa bonæ in pectore considente.* Herm. praef. p. XIV. facillima emendatione addidit: *consilia*, quo et versus et sensus expletur. Minus feliciter Acidalius: *haec tibi, si capesses mea imperia, multa bona in tempore conficient.*

V. 305 *utrum is itane esse mavelit*] Acidalius: *utrum is ita se esse mavelit.*

V. 307. *animo servibit, non sibi*] Ita Gronov. et Guilielm. Veris. 1, 3. et Acidal. Metrum exigit: *servit*, quod dedit Herm.

V. 308. *perpulit; dum vivit*] Versu sic postulante scripsi *pepuli* deleto: *dum*, quod additum videtur ab aliquo vim verbi: *vivit* in hoc nexu orationis positi non intelligente. V. Herm praef. p. XII. Hoc enim verbum cum verbo *valere*, *vincere*, *victorem cluere* ita junctum venit, ut significet idem quod *bene vivere.*

V. 318. *mihi quidem aetas acta ferme est*] Hunc locum significari a Cicerone duobus epistolarum locis, investigavit Dousa. Alter eorum extat ep. ad Brut. 2; alter 12 ad Att., 38. Illo quidem loco ita legitur: *Sed de hoc tu videris. De me possum idem, quod Plautinus pater in Trinumo*: mihi quidem aetas acta ferme est etc. Altero loco hoc: *Sed tamen quid impurius? O hominem cavendum!* quamquam mihi quidem. *Sed tenendus dolor est.* V. Dous. centurionatu Plautin. 4, 25.

V. 319. *quem poenitet*] Gronovius: *quem non poenitet.* At cum sensus sit: probus est, qui non contentus qua est probitate; apparet vel ex sensu,

ne dicam metro, particulam: *non* delendam esse. V. Ernest. clav. Cic. s. v. *poenitet.*

V. 320. *Qui ipsus sibi satis placet — indoles industriae*] Ex his versibus primum ex Mss. Camerar. adjecit editis libris Rittershus. apud Sciopp. susp. lectt. p. 95.

V. 321. *perpluant*] Perpluere, i. e. perplui dicuntur tecta male sarta, confractis tegulis imbricibusque. Eximius ad hanc rem locus extat in Mostell. 1, 2, 30.

Venit imber, lavit parietes, perpluunt
Tigna, putrefacit aer operam fabri.

Active quoque hac voce usus est Plautus ibid. sc. 3. v. 8.

Haec illa est tempestas mea, mihi quae modestiam omnem
Detexit, tectus qua fui: quam mihi Amor et Cupido
In pectus perpluit meum: neque jam umquam obtegere possum.

Vasa quoque *perpluere* dicuntur, *perfluere* autem aqua. Quare Bentl. in Ter. Eun. 1, 2, 25. restituit:

Plenus rimarum sum, hac atque illac perpluo.

Vulgo: *perfluo.* Jam quaeritur, qui possint benefacta dici perpluere? Ante omnia tenendum, ne benefacta pro beneficiis accipias: nam h. l. non de mutuis officiis, sed de bonis factis, bonisque moribus loquitur poeta. Ex illa igitur tectorum vasorumque metaphora hic sensus existit: benefactis benefacta adde, et cumula, ne eorum paucitas te parum studiosum virtutis, satisque tuis in probitate morum profectibus contentum prodat, ne nimis rara sint. Ruhnken. tamen Terentii l. l. *perfluo* tuetur.

V. 323. *autumavi*] A. Gell. N. A. 15, 3. *Autumo non solum significat totum, aestimo, sed et dico, et opinor et censeo.* Vet. gloss. *Autumat,* λέγει. V. Heindorf. ad Horat. 2 satyr. 3, 45. Ruhnken. ad Vellei. Paterc. 1, 6.

V. 324. *veniam*] Acidal. conjecit: *enim jam dare gestio.*

V. 331. *mercaturamne*] Nonius p. 604, 3. *Gothofr. Mercatura femin. Plaut. Trin.* Mercaturam eam venalis habuit, ubi rem perdidit. Mox *familiariter* intellige: leniter.

V. 335. *Qui quidem nusquam per virtutem rem confregit, atque eget*] H. v. Acidal. poni vult post proxime seq. Sed inter omnes constat, Latinos solere sententias per relativum pronomeu incipientes praeponere. Multos locos ille transponendis versibus emendavit; saepe tamen hac emendandi ratione abusus est. Transpono versus in Asin. 3, 1, 9.

Lingua poscit, corpus quaerit, animus hortat, res monet.

Hortat est vocabulum nauticum. Jam post h. v. transpono illos:

Quin pol si reposivi remum, sola ego in schasteria
Ubi quiesco, omnis familiae causa consistit tibi.

Nam quo loco nunc leguntur, neque illa: *quin pol* sensum habent, neque tota duorum verss. sententia apta est. Ceterum v. Hesych. in σχαστήρια.

V. 338. *aut bibat*] Gronov. invito metro: *aut quod bibat.* Eiecit *quod* Reizius. v. Herm. praef. p. IX. *Edit* eod. vers. edidi e Mss. Palatinis. v. Parei anal. p. 720. Rudimann. gr. lat. 1. p. 282.

V. 339. *prodit*] Gronovius invito metro: *producit* Herm. praef. p. VIII. restituit *prodit* e Servio ad Virg. 4. Aen. 231.

Italiam regeret, genus alto a sanguine Teucri
Proderet, ac totum sub leges mitteret orbem,

ubi Servius h. l. Plauti affert.

V. 343. *dejuvare*] Ap. Festum, qui h. l. citat, legitur vitiose *desivare.* Aliae aeque vitiosae lectt. memorantur a Meursio in exercitt. crit. P. 1. ad Trin. cap. 1. p. 239., excerptae ex edd. vett. Acidal. conjecerat: *nejuvare.* Verum vidit Dousa pater

in centur. Plautin. 4, 22., cujus emendatio firmatur Mss. Palatinis teste Pareo anal. p. 721.

V. 344. *Pol pudere*] Nonius p. 722, 32. *Pudet et piget hoc distant. Pudet enim verecundiae est, piget, poenitentiae.... Plaut. Trin.* Pol pudere quam pigere praestat totidem literis.

V. 349. *immuni*] Gronov. repugnante versu: *immunifico;* itidemque habet Duker. de latinitate juriscons. p. 46. *Lips.*

V. 351. *bene esse*] Bentl. ad Ter. Andr. 2, 5, 16. nostro loco utitur, item Pseudol. 4, 7, 36.

Qui neque tibi bene esse patere, et illis quibus est, invides.

Trucul. 4, 2, 31.

Nam invidere alii bene esse, tibi male esse, miseriast.

V. 353. *immunis*] Köpke vertit:

Undienstfertig ist, wer nichts hat, was zum Dienst ihn fertig macht,

Isidor. Orig. libr. 14. *Amoena loca Verrius Flaccus dicta ait, quod sine munere sint, nec quicquam in his officii, quasi amunia, id est sine fructu, unde nullus fructus exsolvitur. Inde etiam nihil praestantes immunes vocantur.* V. Herald. obss. in Otton. Thesaur. vol. 2. p. 1370.

V. 358. *Charmidai*] Herm. et Bentl. ad Ter. Ad. 5, 8, 23. et Acidal. scribunt: *Charmidae huius filio. Huius*, inquit Bentl., moraliter et ex consuetudine, ut Ter. Heant. 5, 5, 21. *Archonidi huius filiam.* Ad. 4, 2, 42. *Scin' Cratini huius ditis aedes?* Ibid. 5, 8, 23. *Hegio hic est his cognatus proxumus.* Facilior tamen antiquae genitivi formae restituendae ratio, quae innumeris aliis Nostri locis restituenda restat, ut Amph. 1, 1, 206.

Quin' me esse huius *familiai* familiarem praedico?

ubi vulgo *familiae* et *quin* sine interrogandi signo. Ibid. v. 214.

Advenisti, *audaciai* columen, consutis dolis?

Aulul. 2, 1. init.

Velim te arbitrari, med haec verba, frater,
Meai fidei, *tuaique* rei hoc
Causa facere, ut aequomst germanam sororem.

Ibid. 2, 4, 16.

Senex obsonari *filiai* in nuptiis.

Ibid. V. 26.

Nequid *animai* forte amittat dormiens.

Ibid. 2, 8, 2.

Uti bene haberem *filiai* nuptiis.

Ibid. 2, 9, extr. legitur:

Fugiam intro, nequid hic turbae fiat itidem:

Emendo:

Fugiam intro, ne quid hic *turbai* itidem fuat.

Ibid. 3, 6, 4.

Si nitidior sis *filiai* nuptiis.

Ibid. 4, 9, 11. Herm. doctr. metr. p. 411. sq. legit:

Tantum gemiti et malai maestitiae hic dies mihi obtulit.

Ibid. 4, 10, 67. lego:

Quemne ego avom feci jam ut esses *filiai* nuptiis?

Bacch. 2, 3, 73.

Qui illic sacerdos est *Dianai* Ephesiae.

Et mox ibidem:

Quin ipsa in aede *Dianai* conditum est.

Ibid. 4, 7, 22.

Qui terrai odium *inambulat:* tam nil sapit.

Conf. Sciopp. susp. lectt. p. 296. sq. Casin. prol. 30.

Comoediai nomen dare vobis volo.

Cistell. 1, 1, 42.

Ex patribus commentis, neque hanc *superbiai* causa.

Epid. 3, 4, 71.

Stratippoclem audii *Periphanai* filium.

Audii i. e. audivi etiam alibi legitur; in Mss. plerumque effertur *odi*. V. Priscian. 1, 7. p. 728. *Putsch*. Epidic. 5, 1, 80.

Videon' ego Telestidem te *Periphanai* filiam?

Mil. 4, 4, 18.

Opus dolis. *Pl.* Domi esse ad eam rem video *silvai* satis.

Ibid. 4, 5, 12.

Saltem id volupe est, quum ex virtute *formai* evenit tibi.

Conf. Bentl. ad Ter. Andr. 2, 6, 8.

V. 356. *Non edepol tibi pernegare* — 370. *An eo egestatem tolerare*] H. l. a. Mureto V. L. 15, 13, ita legebatur, ut versus hoc modo se exciperent: 356, 357, 358, 359, 360, 367, 361, 362, 363. *Nulli quae nevolt eveniunt, nisi fictor malus siet.* 364, 365, 366, 368, 369. Acidalius vero Trin. c. 3. p. 508. sq. nostro ordine hos verss. disposuit; Gronov. sic: 356—360, 368, 367, 361—366, 369, 370.

V. 364. *ficturae*] Rarius vocabulum, quod videtur reponendum esse in Mil. 4, 4, 52.

Pl. Satis placet pictura, perge.

Lego: *fictura*. Frequens literarum f et p confusio in Mss. v. Jacobs ad Liv. p. 385: conf. ad v. 939.

V. 367. *Sapienti aetas condimentumst*: *Sapiens aetati cibust.*] Muretus legit: Sapientiae' *aetas condimentumst:* Sapientia *aetati cibust.* Gronovius et Acidalius:

Sapientiae aetas condimentumst: *Sapiens* aetati cibust.

Itidemque adscripsit adversariis suis h. l. Turneb. libr. 26, 16. Ac Muretus quidem locum ita explicat: „Quidam cibi sunt, qui recentes quidem non sunt esui, sed reponi solent in longam usionem, et muria aut aceto, aut sale, aliisve modis condiri; mitescunt autem ac concoquuntur tempore, et ad vescendum utiles fiunt. Sic sapientiam ait in juvenibus immaturam esse: procedente aetate condiri ac mitigari, quasique maturescere.“ Acidal. divin. Plaut. p. 509.

„Aetas sapienti velut pro condimento est, qui ipse aetati pro cibo. Sapiens non ab aetate sapit, ut cibus non a condimento est cibus: sed aetas accedens hoc sapienti praestat, quod condimentum cibo. Sapientia ab ingenio est: aetas autem illam mitigat, ad maturitatem perducit, meliorem mollioremque reddit, plane ut cibus a condimento perficitur, et gratior efficitur tantum, ipse alias per se constans. Ita quod condimentum cibo est, id aetas sapienti aut sapientiae.“ Turneb. l. l. et Köpke ita explicant: „Aetate sapientia paratur, ut ei, qui sapiens futurus sit, sapientiam condiat aetas: ipse autem sapiens tanquam condimento aetatis cibus quidam apparetur et commendetur. Est igitur sapiens aetati cibus, quem ut cibum aetas condit ipsa.“ Edd. vett. habent: *sapientiae aetas*; Mss. Palatini: *sapientia aetas*, praeter primum Palat., in quo erat: *sapientia etas*, teste Grutero. Hinc Pareus anal. Plautin. p. 721. refert, unum Palatinum habuisse *sapienti*.

V. 374. *uxoremne*] Ita Reizius ap. Herm. in praef. Vulgo: *uxorem*?

V. 380. *veterem atque antiquam*] Solet Plautus haec synonyma copulare, velut Bacch. 4, 4, 60. Most. 2, 2, 45. Amph. prol. 118.,

Veterem atque antiquam rem novam ad vos proferam.

i. e. diu et olim cognitam ita agam, ut nondum illam sic videritis. V. Ruhnken. ad Vellei. Paterc. 1, 16. Schaefer. ad Plin. 3. Ep. 6. Adde Mil. 3, 1, 154.

Quin tu istanc orationem hanc veterem atque antiquam amoves?

„*Antiqua* sunt quae ante fuerunt; *vetera* quae diu fuerunt. *Nova* sunt, quae non ante fuerunt, quae nunc primum proveniunt; *recentia*, quae nondum diu extiterunt, adhuc novitatis specie se commendant. Itaque antiqua opponuntur novis, vetera recentibus. „Historia vetus est saepe jam narrata et decautata, antiqua vero quae olim accidit.“ Lindem.

V. 382. *istac judico*] Acidal. coniecit: *etsi adversatus fui istoc sedulo.*

V. 384. *Sed ad istam adde*] Vulgo: *sed adde ad istam.* Correxit Reiz. ap. Herm. praef. p. IX.

ACTUS II. SCENA III.

V. 396. *factius*] Guilielm. Trin. c. 3. scribit: *sectius* (i. e. *secius.* v. *A. Gell. N. A.* 18, 9. ibiq. interpp. Palmer. spicil. p. 676.) *nihilo facit.* Is, ait, qui filio pertinaciter adversatur, praeter animi dolorem nihil adsequitur: nam ipse filius nihilo secius id, quod statuit, persequitur. *Factius* habuerant Mssi. Camerar. teste Grutero. V. Canter. N. L. 36. Recte Brantius explicat: nihilo plus agit, nihilo magis reddit effectum.

ACTUS II. SCENA IV.

V. 405. *exunctum*] Gronov. *exutum.* Guilielm. Trin. c. 1. emendavit.

V. 406. *pistor*] h. l. jungitur cum piscatore, laniis, coquis. Etenim ut Plin. H. N. 18, 28. memorat: *Pistores Romae non fuere ad Persicum usque bellum, annis ab u. c. super CLXXX. Ipsi panem faciebant ante Quirites, mulierumque id opus erat, sicut etiam nunc in plurimis gentibus... certumque fit A. Ateii Capitonis sententia, coquos tum panem lautioribus coquere solitos: pistoresque tantum eos, qui far pinsebant, nominatos. Nec coquos vero habebant in servitiis, eosque ex macello conducebant.* V. interpp. ad h. l. et Dacer. ad Fest. v. *Coquum* et *Pistum.* Osann. anal. p. 190. sq.

V. 407. *cito quasi si*] Gronov. *cito quam si*, quod Guilielm. Amphitr. c. 4. dici posse putavit pro *citius quam.* E conjectura Acidalii dedi *cito, quasi si.* Conf. Asin. 5, 1, 11. Casin. prol. 45. Mercat.

2, 2, 44. ubi vulg. perperam legitur: *quasi sit.* Parei lex. crit. s. v. *quasi si.* Capt. 2, 3, 57, lege: quam *si servus mi esses, nihilo* sectius *obsequiosus mihi fuisti* Vulgo: *nam si.* Mox ibidem lege: *quantis laudibus suum* herus servum *collaudavit* pro: *herum servus.* Nam statim respondet Philocrates, qui se servum esse simulat: *Istic pol haud me centesimam Partem laudat quam ipse meritust, ut laudetur laudibus.* — *Sectius* scripsi metro flagitante; itidemque scribendum Men. 5, 7, 57. V. quos citavi ad v. 396.

Papaverem] Charis. p. 64. *Putsch. Papaver neutrius generis est, sed masculino genere Plautus dixit:* Quasi tu objicias formicis papaverem, *et Cato orig. II: papaver gallicanus, et Varro in admirandis: intrasse papaverem.* Nonius p. 608, 7. *Gothofr.* hanc vocem laudat ex Plauti Asinar. Ibidem Varronis verba extant emendatioria: *infria seni papaverem.*

V. 410. *ibidem una traho*] conf. supra 1, 2, 166. Curcul. 4, 2. 20. Acidal. divin. Plautin. p. 512.

V. 412. *Si sumas*] si rationem subducas, si summam facias. Eâdem vox difficultatem parit loco Rud. 4, 8, 9, ubi cum Trachalio servus Pleusidippo amatori Palaestram nuntiasset patrem et matrem reperiisse, interrogat cupidus juvenis:

Repperit patrem Palaestra suum atque matrem? *Tr.* repperit.
Pl. Censen' hodie despondebit eam mihi quaeso? *Tr.* Censeo.
Pl. Quid? patri etiam gratulabor, cum illam invenit?
Tr. Censeo.
Pl. Quid matri eius? *Tr.* Censeo. *Pl.* Quid ergo censes?
Tr Quod rogas,
Censeo. *Pl.* Dic ergo quanti censes? *Tr.* Egone? Censeo.
Pl. At sume quidem, ne censionem semper facias.
Tr. Censeo.

Lips. ant. lectt. 2, 3. ita postrema scribit:

Absume quidem, ne censionem semper facias? *Tr.* Censeo.

Ed. Aldi habet *Adsume quidem.* Jocum ita inter-

pretantur duce Acidalio: *absumere* dicuntur decoctores, qui omnem rem suam abligurriunt. Qui cum necessitate solverentur, quidquam suorum in censum dedicandi, jocose Pleusidippus: absume, ait, aliquando i. e. decoque tua, ne semper censionem facias i. e. ne semper tua coram censore profitearis. Censet autem semper Trachalio, cum singulis heri sententiis subiicit assensum suum isto verbo *censere*. Nam censionem facere eodem sensu dicit herus, quemadmodum alibi dicitur: ascensionem facere: pro: ascendere. Quod hic item addit servus eo, quia suasum ei erat absumere. — Alii ita explicant: summam fac tandem, ne semper dispunge et conspice, an probi nummi sint. Hunc sensum elicere se posse putant collato Trucul. 1, 1, 54.

Accipiat illico expensa, neque censeat.

Sed hic versus vel metro arguente corruptus emendatus explicatusque est ab Acidalio Truc. c. 1. p. 532. Veram loci Rudentis explicationem e re militari petiit Pistor in ed. Taubm. et post illum Pareus in lex. crit. s. v. *censionem facere*, et s. v. *sumere*. Prius est delectum militarem habentium; alterum eorum, qui censione facta militem eligunt. Nos: *ausrangiren*. V. Gronov. ad Rud. l. l.

V. 417. *οἴχεται*] h. v. recitat Cic. orat. in Pis. c. 25. extr. v. Muret. V. L. 4, 19. Gronov. lect. Plaut. p. 343.

V. 420. *opino*] Gronovius: *opinor*. Alterum metri causa scripsit Acidalius.

V. 421. *pater*] Dousa conjecit: *patri*.

V. 423. *drachumarum*] Eadem forma legitur ap. Ter. Heaut. 3, 3, 40.

Huic drachumarum argenti haec mille dederat mutuum.

V. 426. *quas sponsione nuper tu illa exactus es*] Gronovius:

Quas sponsione pronuper tu exactus es.

Pronuper vox nihili est, nata illa ex addita praepositione, quam aliquis ad vocem: *sponsione* adscripserat. V. Herm. praef. p. XII. Acidalius hanc praepositionem separans a voce *nuper* scribit:

Quas sponsione pro nuper tu exactus es,

insolita maxime positione praepositionis, et altera syllaba vocis *nuper* in arsi posita. Dedi emendationem Hermanni.

V. 444. *haud nosco tuum*] Gronovius: *hau, nosco tuum*. Simillimus locus ap. Ter. Eun. 5, 8, 36.

Non cognosco tuum tam superbum,

ubi Donatus, *locutio annotanda*, inquit, *sensus hic est: non solebatis esse tam superbi; hoc tam superbum vestrum non est, non vestri moris.* Ad normam huius loci Terentiani lego *haud* cum Bentleio. sententia haec: non hoc vestri moris est, bonis vestris rebus malas meas ridere. Palmer. spicil. p. 859. *au, nosco tuum.* Nos: *Diefs ist sonst nicht deine Art.*

V. 455. *ferentarium*] Varro de ling. lat. p. 53, 49. *Gothofr. Adscriptivi dicti, quod olim adscribebantur inermes, qui succederent armatis militibus, i. e. si quis eorum deperisset. In Trinumo:* Nam illum tibi ferentarium, *a ferendo, i. e inanem ac sine fructu: aut quod ferentarii equites hi dicti, qui ea modo habebant arma, quae ferrentur, ut jaculum. Huiuscemodi equites pictos vidi in Aesculapii aede vetere et* FERENTARIOS *adscriptos.*

V. 464. *Sic si*] Mutato accentu dedi pro: *si sic.* In Asin. extr. legendum: *plausum si clarum datis.* Vulgo male ex cod. Barth. legunt: *si plausum sic clarum datis.* Vet Cod. Camerar. *si plausum si clarum datis. Sic si* lego etiam Mil. vers. penult.

V. 466. *factiones*] Nonius p. 657, 27 *Factio dicitur malorum consensus et conspiratio... factio item significat opulentiam, abundantiam, et nobi-*

...catem.... *Plaut. Trin.* vostras cum nostri factiones atque opes.

V. 467. *Quid nunc*] Acidal. conjecit: *Quid tu?*

V 472. *edisne an*] Herm. praef. p. XXVI. confert cum h. l. fragm. Philemonis e thesauro ap. Athenae. 9. p. 385. E.

οὐκ ἔστ' ἀληθὲς παραλογίσασθ', οὐδ' ἔχειν ὀψάρια χρηστά.

quod fragm. ita emendat:

οὐκ ἔστ' ἀληθῶς σε παραλογίσασθ', οὐδ' ἔχειν ὀψάρια χρηστά;

V. 478. *de divinis*] Herm. laudat ad h. l. Gataker. de styl. N. T. c. 10. p. 68.

V. 482. *non hercle hoc longe*] Roverianus liber J. Lipsii: *hoc ongue*, unde Lips. ant. lectt. 1, 5. effinxit: *hoc ungue*, i. e. ne transversum quidem unguem. Itidem in Mostell. 2, 2, 46.

De. Quid est igitur? abeamus hinc nos. *Tr.* non hoc longe, Delphium.

ubi *hoc ongue* s. *ungue* repositum vult.

V. 483. *hac annona*] Turneb. adv. 26, 16. cum veram scripturam h. l. non nosset, ad explicationem minime probandam confugit. Coena ista, ait, popularis annuus quidam nobis velut frugum proventus est, sine ullo impendio, ut haereditas, quae nullis obvenit obnoxia sacrorum sumtibus. Itemque Palmerius spicil. p. 689 legit: *coena haec annona* ut adjectivum sit *annona* pro *annonaria*, i. e. coena parasitica et annona, quod sine impensa, alieno sumtu detur. Sed Muret. V. L. 55, 13. recte scripsit: *hac annona*, ut sit: hac annonae caritate. Deinde *hereditas sine sacris* est cum heres non adsciscitur in sacra et gentem. Lips. ant. lectt. 1, 5. Interpp ad Cic. pr. Muraen. c. 21. Cic. de legg. 2, 8, 21.

Pronuper vox nihili est, nata illa ex [illegible] *te volo*] sitione, quam aliquis ad vocem: *sp* [illegible] *monis* fragm. serat. V. Herm. praef. p. XII. Aci [illegible] *are.* positionem separans a voce *nuper* [illegible] lectt. p. 270.

Quas sponsione pro nuper tu exa [illegible] legeretur: *decet*

insolita maxime positione prae [illegible] *Meſtchen Athem.* syllaba vocis *nuper* in arsi po [illegible] *templo emisimus.* nem Hermanni.

V. 444. *haud nosco tu* [illegible] *nosco tuum.* Simillimus loc [illegible] *mplo* amisimus.

Non cognosco tuum tam s [illegible] *D.* 2, 64. ibiq. interpp. ubi Donatus, *locutio ann* [illegible] *gregie* h. l. illustratur. *est: non solebatis esse* [illegible] *gat*] Ita Acidalius: *aequo* *perbum vestrum non* [illegible] *Pseudophocyl.* v. 103. normam huius loci Te [illegible] *Senec. consol. Marc.* c. 20. leio. sententia haec: [illegible] *est* in omnibus Mss. v. *Pa-* vestris rebus malas [illegible] *ad Antonin.* 2, 17. p. 57. 859. *au, nosco tuu* [illegible] *Köpke*: *deine Art.*

V. 455. *ferent* [illegible] *nahmst*, den Reichthum gerne mit, 49. *Gothofr. Ad* [illegible] *sey das*, was das Wort besagt. *bantur inermes*, [illegible] *i. e. si quis eo* [illegible] *nisi hunc fecere sibi Aetoli agoranomum.* illum tibi f [illegible] *Ich glaube gar, die Aetoler haben diesen* *anem ac sine* [illegible] *Marktmeister gemacht.* Loquitur poeta *hi dicti, qui* [illegible] *ediciones in via praetereuntibus habente:* *tur, ut jacu* [illegible] *nos enim servos et parasitos comici fa-* *in Aesculap* [illegible] *bonum faustumque nun-* *scriptos.* [illegible] *Amphitr.* 1, 1, 130.

V. 464. [illegible] *Mira sunt, nisi invitavit sese in coena plusculum.* In Asin. e [illegible] *Ich glaube gar, er hat sich bei der Mahlzeit etwas* Vulgo mal [illegible] *zu gütlich gethan.* Loquitur de sole remorante et *clarum d* [illegible] *solito serius noctem abigente*, quod per jocum eo *rum dati* [illegible] *factum esse dicit, quod sol adpotus probe sit.* Pseu-

V. 4 [illegible] *dol.* 4, 7. 1. 1.

dicitur [illegible] *Fa mi minus, Leno*, plane perdidisti mulierem.

item si [illegible]

quem servus Pseudolus
duxit. *Ich glaube gar,*
loren. Amphitr. 1, 1, 166.

muraenam exossare cogitat.

quin commodissime a nobis
nicht, ut Amph. 2, 2, 118.

orsus dicat.

nicht gegen dich sprechen. Aulul.

tua nunc me causa faciat Juppiter
em aut Darium.

67.

quin grex venalium in cistella infuerit una.

freylich keine Schaar von Sklaven in dem
n stecken. Mostell. 2, 2, 62.

um quin vigilanti diceret,
abhinc sexaginta annis occisus foret.

e infr. 4, 2, 125. Pers. 3, 1, 11. 3, 3, 28. 37.
d. 5, 3, 37. Mercat. 1, 2, 91. Recte ab Acidalio
istinguitur in Pers. 3, 3, 38.

To. Fortasse metuis in manum concredere.
Do. Mirum quin: citius iam a foro argentarii
Abeunt, quam in cursu rotula circumvortitur.

Iunge: *Mirum quin credam. Ich werde dirs freilich nicht anvertrauen.* Conf. ead. sc. v. 28.

V. 511. *nostramne*] Mss. *nostramne elevis nutrice ere.* Ms. decurtat. *nostramne velle vis*, teste Pareo anal. Plaut. p. 725. unde Sciopp. susp. lectt. p. 229. tentavit:

Nostramne te vis nutricem, here, quae nos educat,
Abalienare a nobis?

Quam puto veram lectionem, et omnium librorum scriptorum aberrationem facile hinc explicari, si deleto: *vis* scribas cum signo exclamandi:

Nostramne te nutricem, here, quae nos educat,
Abalienare a nobis!

V. 487. *Nunc conditionem hanc — te volo*] Herm. praef. p. XXVII. huc refert Philemonis fragm.

Κρίσις δικαία καὶ δίδου καὶ λάμβανε.

V. 489. *decent.*] Ita Sciopp. susp. lectt. p. 270. dedit ex Mss. Camerar., cum vulgo legeretur: *decet opulentia.*

V. 491. *Salillum*] Köpke: *ein Meſtchen Athem.* Acidal. scribit: *quam quom extemplo emisimus.* Vulgo:

Salillum animae qui cum extemplo amisimus.

V. Chrysipp. apud Cic. de N. D. 2, 64. ibiq. interpp. p. 476. *Creuz.*, a quibus egregie h. l. illustratur.

V. 492. *aequo mendicus*] Ita Acidalius: *aequo* pro *aeque.* Idem confert Pseudophocyl. v. 103. *Brunck* Etiam Lips. ad Senec. consol. Marc. c. 20. *aequo* pro *aeque*, quod est in omnibus Mss. v. Parei anal. ad h. l. et Gataker. ad Antonin. 2, 17. p. 57.

V. 494. *Mirum ni*] Köpke:

Ich glaube gar, du nähmst den Reichthum gerne mit,
Nein, wenn du todt bist, sey das, was das Wort besagt.

Captiv. 4, 2, 44,

Mirumque adeost, ni hunc fecere sibi Aetoli agoranomum.

Verte: *Ich glaube gar, die Aetoler haben diesen zu ihrem Marktmeister gemacht.* Loquitur poeta de parasito, edictiones in via praetereuntibus habente: imperiosissimos enim servos et parasitos comici faciunt, cum heris patronisve bonum faustumque nuntium adferunt. Amphitr. 1, 1, 130.

Mira sunt, nisi invitavit sese in coena plusculum.

Ich glaube gar, er hat sich bei der Mahlzeit etwas zu gütlich gethan. Loquitur de sole remorante et solito serius noctem abigente, quod per jocum eo factum esse dicit, quod sol adpotus probe sit. Pseudol. 4, 7, 115.

Tu nisi mirumst, Leno, plane perdidisti mulierem.

Verba sunt ad Ballionem, quem servus Pseudolus pecunia et muliercula circumduxit. *Ich glaube gar, du hast das Mädchen verloren.* Amphitr. 1, 1, 166.

Mirum, ni hic me quasi muraenam exossare cogitat.

At altera forma: *mirum quin* commodissime a nobis redditur per: *freylich nicht*, ut Amph. 2, 2, 118.

Mirum quin te advorsus dicat.

Er wird freylich nicht gegen dich sprechen. Aulul. 1, 2, 7.

Mirum quin tua nunc me causa faciat Juppiter
Philippum regem aut Darium.

Cistell. 4, 2, 67.

Mirum, quin grex venalium in cistella infuerit una.

Es wird freylich keine Schaar von Sklaven in dem Kästchen stecken. Mostell. 2, 2, 62.

Mirum quin vigilanti diceret,
Qui abhinc sexaginta annis occisus foret.

Adde infr. 4, 2, 125. Pers. 3, 1, 11. 3, 3, 28. 37. Rud. 5, 3, 37. Mercat. 1, 2, 91. Recte ab Acidalio distinguitur in Pers. 3, 3, 38.

Te. Fortasse metuis in manum concredere.
Do. Mirum quin: citius iam a foro argentarii
Abeunt, quam in cursu rotula circumvortitur.

Iunge: *Mirum quin credam. Ich werde dirs freilich nicht anvertrauen.* Conf. ead. sc. v. 28.

V. 511. *nostramne*] Mss. *nostramne elevis nutrice ere.* Ms. decurtat. *nostramne velle vis*, teste Pareo anal. Plaut. p. 725. unde Sciopp. susp. lectt. p. 229. tentavit:

Nostramne te vis nutricem, here, quae nos educat,
Abalienare a nobis?

Quam puto veram lectionem, et omnium librorum scriptorum aberrationem facile hinc explicari, si deleto: *vis* scribas cum signo exclamandi:

Nostramne te nutricem, here, quae nos educat,
Abalienare a nobis!

simili modo exclamatio fit in Aulul. 3, 6, 24. *turm obsonium autem!* Hinc fortasse emendari potest Mil. 1, 1, 11., quem locum ita lego:

Ar. hic est. stat propter virum
Fortem atque fortunatum, et forma regia,
Tum bellatorem! — Mars haud ausit *hiscere*,
Neque *aequiperare* suas virtutes ad tuas.

Vulg. *aequiparare*.. Alterum Mss. habent. *Hiscere* conjeci pro *dicere*. Possis etiam vulgata scriptura servata ita locum constituere:

Tum bellatorem! — Mars *se* haud ausit dicere,
Neque aequiperare suas virtutes ad tuas.

Acidalius loco Trinumi legit vel sic:

Nostramne, here, vis nutricem, quae nos educat

vel sic;

Nostramne te nutricem, here, quae nos educat,
Abalienare a nobis?

V. 525. *putidum*] v. Gronov. obss. 4, 3. p. 540.

V. 531. *interfieri*] plane perfici. Ea enim est vis praepositionis *inter* in compositionibus. Hoc sensu apud Plautum leguntur: interbibere, intertrahere, interstringere, interprimere. Aulul. 3, 6, 22.

Quae mihi interbibere sola, si vino scatet,
Corinthiensem fontem Pirenen potest.

Ibid.

Ibo intro, atque illi sociēnno tuo jam interstringam gulam.

Amphitr. 2, 2, 41.

Ni ego illi puteo, si occepso, animam omnem intertraxero.

Rud. 3, 2, 41.

Qui sacerdoti scelestus fauces interpresserit.

Acidal. ad Stich. p. 472.

V. 533. *quorum*] Ita dedi pro: *quoium*, mutata interpunctione. Possis etiam *quoius* scribere, quoniam hoc pronomen etiam ad pluralem referri potest.

V. 536. *ad incitas*] Köpke: *wie pfeift er aus dem lezten Loch.* Nonius p. 553, 39. *Gothofr. incitas dicitur egestas. Plaut. Trin.* alii exulatum abierunt, alii emortui, alii se suspendere! hem nunc hic cuius est, ut ad incitas redactus est. *Idem Poen. profecto ad incitas lenonem rediget, si eas abduxerit. Lucilius satyr. l. III. Villicum Aristocratem mediastinum atque bubulcum commanducatus corrupit, ad incitas adegit. Incitas* est immotas. Antiqui terminos s. fines, quos amplius promovere non est, *incitas* vocabant. Et qui eo rerum adacti erant, ut nullum certum rerum suarum consilium capessere possent, ad incitas redacti dicebantur. Nam cum ad ultimam lineam promoti erant calculi, tum is cuius intererat, ad incitas lineas redactus, calculi vero ipsi inciti dicebantur. Sed et neutro genere *incita* dicebant s. spatia s. loca. Gesner. Scaliger. ad Varr. d. ling. lat. 6, 2. p. 67, 3.

V. 538. *fulguritae*] Vet. Cod. Meurs. *fulgure ita afflatae*, quod cupide ut fere omnia codd. suorum arripit Meurs. exerc. crit. P. I. p. 239. collato Plin. H. N. 2, 54. *Sed sonitum profecti esse fulminis, non illati: etiam spiritum ociorem fulmine, ideo quati prius omne et afflari quam percuti;* et Virg. 2 Aen. 649.

Fulminis afflavit ventis et contigit igni.

V. 539. *angina*] V. Nicol. Loens. Miscell. p. 676. sq. in Gruteri fac. crit.

V. 541. *patientissimumst*] maxime pathicum. Dous.

V. 543. *solstitiali*] Coelius Rhodig. Ant. Lect. 29, 4. solstitialem aegritudinem intelligit, quam *siriasin* dicunt. Nihil videtur Plauti ingenio aptius, quam ita intelligere, si quis inde a Kalendis Jan. sex menses vixerit, circa ipsum solstitium morbo interire. Secus explicat H. Mercurial. 5. Var. 3., qui morbum quemvis lethalem ita appellari contendit.

V. 545.. *antidit*] Nonius p. 758, 10. *Gothofr.* Credo ego istuc, Stasime, ita esse, sed Campans genus Multo Syrorum jam anteit patientia. Diomed. p. 294. *Putsch.* genus Syrorum multo anteis sapientia. *Antidit* Mss. Palatt. et ita emendavit ex codd. Nonii Guilielm. Trin. c. 1.

V. 557. *si quem reperire possit*] *si quem* scripsi, praeeunte Acidalio, et *possit* pro *posset* cum Herm. praef. p. XIII.

V. 559. *de agro*] *de* non eliditur. *Agri* antem et *agro*, et reliqui casus semper primam correptam habent. Herm. praef. p. XV.

V. 562. *homost*] Herm. praef. p. XXVII. confert Philem. fragm., apud quem tamen non Philto sed Stasimus loquitur:

Κἂν δοῦλος ᾖ τις, ἀδὲν ἧττον, δέσποτα,
ἄνθρωπος οὗτός ἐστιν, ἂν ἄνθρωπος ᾖ.

nisi forte Philemo scripserat δεσπότᾳ.

V. 567. *voluisses antea*] ante Herm. praef. p. XII. fuit: *si antea voluisses.*

V. 568. *conveniri*] Acidal. At vulgo: *convenire.*

V. 571 *consulis?*] Signum interrogandi addidi cum Acidalio.

V. 575. *fortunabunt*] Nonius p. 545, 28. *fortunare est prosperare, et omnibus bonis augere. Plaut. Trin.* Dii fortunabunt nostra consilia. *M. Tullius ad Curionem: Tibi patrimonium dii fortunent. Afranius Emancipato: Deos ego omnes, ut fortunassint, precor.*

V. 582. *Et Callicli dic*] Gronovius:

Dic Callicli, me ut conveniat. *St.* quin tu i modo.

At *conveniat* in hac sede, i. e. in medio versu debebat in secunda syllaba, non in quarta et prima acui. *Quin tu* e v. 584. additum erat ad explendam lacunam, postquam *et* in principio versus exciderat. Herm. praef. p. XIX. Etenim in lingua latina ne

unum quidem verbum praeter monosyllaba tonum in ultima habuit. *Déum* igitur, *vírum*, *méum*, *tŭum* priore licet brevi pronunciabant, nunquam nisi in versu *Deúm*, *virúm*, *meúm*, *tuúm*. Totum autem hoc, quod de ictu in ultimis syllabis cautum est a comicis tragicisque, de secunda tantum trimetri διποδία capiendum; nam in prima et tertia semper licuit. Quare duo primi, duoque postremi pedes singulis verbis claudi poterant; at tertius quartusve pes non poterat, quia tum necesse est, ut ictus in ultimas syllabas cadat. Rarissime tamen id factum est a Terentio, nescio an ab Plauto quoque. Bentl. schediasm. d. metr. Terent. p. XVIII. sqq. *Lips.*

V. 584. *quin tu*] primus addidit Acidal.

V. 586. *i modo, i modo*] alterum: *i modo* addidit Acidal. v. Herm. praef. p. XIV. Possis etiam scribere: *quin tu i modo* ut v. 584.

V. 589. *en unquam*] vetuste pro *unquamne*. Guilielm. misc. quaestt. c. 5. extr. et Pareus lex. crit. s. v. *En*.

V. 593. *de hac re fuat*] ita Herm. Ego e Mss. Camerar. *ea re fuat* monente Scioppio p. 95. dedi. Utrumque bene latine dici, in vulgus notum est; alterum tamen et auctoritate libri scripti et facilitate versus commendatur.

V. 597. *ibit istinc aliquo in maximam malam crucem*] Gronovius: *istac*. Cum Dousa dedi *istinc*. Ceterum conf. Plaut. Mil. 2, 3, 279. *maximum in malum cruciatum insiliamus*. Menaechm. prol. 66. *maxima mala crux*. Et Pareus s. v. *crux* et *cruciamentum*.

V. 598. *latrocinatum*] dictum a λατρεία. Λατρεύειν enim est obsequi et mercede servire, et *latrocinari* est mercede conductum militare. Servius ad Virg. 12. Aen. 7.

fixumque latronis
Impavidus frangit telum.

modo, inquit, *latronis et est graecum: nam* λατρεύειν

dicebant obsequi, et mercede servire: unde latrones vocantur milites. Moris autem erat, ut hos imperator et circa se haberet, et primos ad omne discrimen mitteret etc. conf. Mil. 1, 1, 74, passim. Pareus lex. crit. s. v.

ACTUS III. SCENA I.

V. 605. *nullus creduas*] Donat. ad Ter. Eun. 2, 1, 10. *Nullus pro: non. Sic in Hecyra: Nullus dixeris. Plaut. in Trin.* Nullus creduas.

V. 608. *Tammodo*] Fest. *Antiqui tammodo ponebant pro modo, ut Attius:* tammodo inquit Praenestinus, ubi leg. *Accius.*

V. 623. *sunt uterque*] Gronovius: *eunt uterque.* Palatini, teste Pareo anal. ad h. l. p. 729. *seunt* Ita loquitur poeta Epid. 1, 1, 11. *ut tu es gradibus grandibus.* Ita enim vidit scriptum esse Pareus in codd. Palatt. Frising. Langg., probantque Dous. Guilielm. Camerar. Adde Stich. 2, 2, 13. *ita celeri curriculo fui.* Mercat. 3, 4, 8. *esse pedibus podagrosis.* et v. locum Plauti Cistellar. s. Astrabae ap. Fest. v. *reciprocare*, ubi recte cum Dousa centur. Plaut. p. 176. legitur:

Quae nisi sic biteris, nimium es vegrandi gradu,

quanquam Gronov. habet *is*, non *es*. Acidal. Trin. c. 6. p. 514.

ACTUS III. SCENA II.

V. 628. *gloriae aut famae*] alii referunt ad *rem*, ut Brantius; alii legunt *in rem tuae gloriae aut famae*, ut Reiterus; alii *gloriam aut famam*, ut Lambin. Acquiesco vulgata, repetens *esse*, supplensque praepositionem: *tibi.*

V. 632. *bene quom simulas facere*] ante Herm. *qui bene quom etc.*

V. 633. *qui male facio*] Acidal. At vulg. *quid.*

V. 636. *beneficium a benevolente*] nullus aut ed. aut ms. liber ante Lambinum agnoscit praeposi-

tionem *a*. Possis etiam scribere: *beneficum*, *benevolentem*. Cod. Dresd. Lindemanni certe: *benevolentem* praebet.

V. 637. *beneficium*] hoc vocabulum in tetrametris his trochaicis choriambum constituit, quasi sit *benficium*. Bentl. ad Ter. Eun 1, 2, 69.

V. 638. *neque se a me officium migrat*] Ita Reizius ap. Herm. praef. p. IX. e Mss. Pall. Camerar., qui habent: *neque m* (sic) *se officium migrat*. V. Sciopp. susp. lectt. p. 63. Guilielm. Verisim. 1, 24. Parei anal. p. 730. Scioppius et Pareus legerunt: *neque meum se officium migrat*, i. e. neque se mutat meum officium. Certe illud *m* nihil significat nisi *meum*. Lucret. de R. N. 2, 779. 5, 832.

Nec manet ulla sui similis res; omnia migrat,
Omnia commutat natura et vertere cogit.

V. 640. *Quid ais*] Acidalius:

Quid ais nam? (retineri nequeo, quin dicam ea quae promeres) etc.

V. 641. *itane tandem — vindex fieres*] ante Herm.

Itane tandem maiores famam tradiderunt tibi tui,
Ut virtute eorum anteparta per flagitium perderes?
Atque honori posterorum tuorum ut vindex fieres?
Tibi paterque avosque facilem fecit et planam viam
Ad quaerendum honorem ete.

Qua distinctione cum ineptissimus sensus efficeretur, varia tentarunt Turneb. Adv. 19, 28., Camerar., Acidal. Atque hic quidem scriptum voluit *vibex* pro *vindex*, ut sensus sit: tu es majoribus ὑπώπιον et nota cruenta seu livida. Qua conjectura, minime Acidalio digna jam supersedere possumus. Conf. Gronov. obss. 4, 3. p. 541. Interpunctione hi loci quoque, puto, sunt emendandi: Amphitr. 2, 2, 54.

Am. Imo equidem te nisi nunc, hodie nusquam vidi gentium.

Vulgo inepte: *nisi nunc hodie, nusquam* etc. Ib. 4, 1, 4.

Apud emporium atque in maeello (Acidal. *atque* inserit)
in palaestra atque in foro.
In medicinis, in tonstrinis, apud omnis aedis sacras
Sum defessus quaeritando.

Conf. Pareus anal. Plautin. ad h. l. Aulul. 2, 1, 27.

Quod tibi sempiternum salutare sit, procreandis liberis
(Ita Di faxint) volo te uxorem ducere.

Bacch. 1, 1, 32.

Ba. Ecquid ab hac metuis? *Pi.* Eequid ego metuam,
quaeris, homo adulescens?
Penetrare huiusmodi in palaestram, ubidamnis desudascitur;
Ubi pro disco damnum capiam, pro cursura dedecus?

Cas. 3, 2, 4. vel legendum ex edd. mediis:

Nunc adeo nequaquam arcessam illanc: ignavissumis
Liberi loci potestas sit vetulis vervecibus?

vel sic:

Nunc adeo nequaquam arcessam, *nequaquam* ignavissumis
Liberi loci potestas sit vetulis vervecibus.

vel meliöribus numeris sic:

Liberi loci potestas vetulis sit vervecibus.

Ibid. 4, 2, 7.

Sed properate istum atque istum actutum emittere
Tandem; ut veniamus luci.

V. 646. *tuisque stultis moribus*] Acidalius:

Tuis quum stultis moribus
Praeoptavisti, amorem tuum uti virtuti praeponeres.

V. 652. *possis*] Vulgo: *possit*. Correxit Dousa.

V. 654. *vel exsignavero*] Acidalius:

Scio, *vibex ignavia*
Ut rem patriam et majorum gloriam foedarim meum.

Non est opus mutatione. Sensus est: quae dicis, memoriter teneo scioque, ut vel literis consignata ad verbum reddam. denique parum apte mihi videtur *vibex* in hac sententia poni, junctum cum *rem*. Verbum *foedarim* per ζεύξιν trahitur et ad v. *rem* et ad v. *gloriam*: proprie ad *gloriam* spectat, quae vox verbo propior legitur. v. Cic. de N. D. 2, 64. *nec vero supra terram sed etiam in intimis eius tenebris plurimarum rerum latet utilitas*. v. Ernest. ad Sueton. Claud. c. 39. Dorv. ad Charit. p. 443.

V. 655. *gloriam*] bisyllabum est ap. Gronovium. Sic enim ille:

Ut rem patriam et majorum gloriam foedarim meum.

Meurs. legit *patritam* é cod. vet. Priscian. 7, p. 743. *Putsch. quod in pronominibus quoque ferunt antiqui* meum *pro meorum*, nostrum *pro nostrorum dicentes. Plaut. Trin.* Ut rem patriam et gloriam majorum foedarim meum. Ita *nostrum* pro *nostrorum* restitue Aulul. 2, 1, 44. Conf. Capt. 2, 2, 74. ubi idem vers. repetitur. Sed ibid. 2, 3, 37. leg.: *nostram huc amborum vicem*, non: *nostrum*. Conf. Truc. 1, 2, 57. Adde Mil. 2, 2, 19. Epid. 5, 1, 31.

V. 656. *scibam*] Gronovius: *sciebam*.

V. 664. *pernovi*] Gronovius nolente metro:

Pernovi equidem, Lesbonice, imperitum tuum ingenium admodum.

V. Gronov. obss. 4, 3. p. 541.

V. 667. *balista*] Turneb. adv. 15, 6. Ut catapulta etiam interdum tragulam vel sagittam significat, quae catapulta mittebatur, ita balista saepe non tormentum, sed tormenti telum, quanquam etiam pro tormento accipi potest, quod mitti dicitur, cum mittuntur ab eo tela.

V. 671. *aspellit*] v. Bentl. ad Ter. Heaut. 2, 3, 20.

V. 672. *malum*] ante Lips. cp. quaestt. 3, 20.

Insanum est et malum in hospitium devorti ad Cupidinem.

Gronovius:

Insanumst malum in hospitium devorti ad Cupidinem.

V. 674. *si istuc conare ut*] Gronovius:

Si istuc, ut conare, facis indicium, tuum incendes genus.

Correxit Acidal. *Mi* addidit Herm. „Si ita facere in animo est, ut mihi indicasti, s agrum sorori in dotem dare vis; summa ardebis infamia. Quod incendium quum properabis restinguere, quum cupies ignotus esse, tamdiu restingues, donec ne scintilla qui-

dem erit reliqua, donec plane ad incitas redactus eris. Nam ut amantes callidi sunt, facile invenies viam, qua ignotus fias, veluti si patriam relinquas, et aliquo militatum abeas. Tum vero nihil tibi reliquum erit, unde aliquando genus tuum efflorescat. His reponit Lesbonicus: Noli timere, ubique terrarum, apud ipsos adeo hostes nomen et genus illustrare potero. Verba: *datur ignis — petas* proverbium sapiunt ductum ab iis, qui ad frigus defendendum alteri, quanquam inimico, divinum sacrae flammae beneficium ministrant. Nemo enim tam inimicus alteri, quin petenti ignem porrigat ad frigus defendendum." Lindem. ad h. l. „Si istuc, quod facturum te dicis, facies, si agrum vendes, *tuum incendes genus*, familiam tuam totam ad extremam miseriam rediges, quasi igne consumta sit. Mox poenitebit, et remedium aliquod afferre cupies, *tum igitur aquae tibi erit cupido*, ut familiam tuam quasi ardentem restinguas, cupies hinc abire exulatum. *Atque si eris nactus*, si ex voto abieris, quae amatorum prudentia est, eo remedio hoc efficies, ut genus tuum totum intereat, te e medio sublato. Haec sententia explicatur infra verbis vers. 697. sqq.

Scio equidem te, animatus ut sis: video, subolet, sentio.
Id agis, ut, ubi affinitatem inter nos nostram adstrinxeris,
Atque eum agrum dederis, nec quidquam hic tibi sit, qui vitam colas,
Effugias ex urbe inanis, profugus patriam deseras,
Cognatos, affinitatem, amicos factis nuptiis:
Mea opera hinc proterritum te, meaque avaritia autument."

Pistor. ap. Taubm. p. 1351. conf. Gronov. obss. 4, 3. p. 542. sqq.

V. 675. *aquae*] Gronovius: *aqua*. Correxerunt Dous. et Brant.

V. 676. *Atque erit, si nactus*] Ita Gronov. Correxit Herm. *Si* in arsi positum non eliditur, ut docuit ad Terentium Bentl. et Schneider gr lat. 1, 1, p. 105. sq. In arsi autem non raro est apud Nostrum, velut Amphitr. 1, 1.

Auferere, non abibis, si ego fustem sumsero.

Ibid. 2, 2, 65. lego cum Lips. ant. lectt. 2, 14. et Bothio:

Non tu scis, Bacchae bacchanti si advorsari velis.

possit etiam ita legi:

Non tu scis, Bacchae bacchanti si vis advorsarier.

Vulgo:

Non tu scis, Bacchae bacchanti si velis advorsarier.

Asin. 1, 1, 85.

Non obfuturum, si id hodie effeceris.

Ibid. 1, 3, 75.

Remeato audacter, mercedem si eris nactus, nunc abi.

Ibid. 2, 2, 87.

Te non aequumst succensere, si herum vis Demaenetum.

possis etiam: *Sis herum D.*

Aulul. 3, 5, 4.

Nam meo quidem animo, si idem faciant ceteri.

Ibid. v. 16.

Hoc si ita fiat; mores meliores sibi
Parent.

Ibid. 4, 4, 18.

Eu. Quid abstulisti hinc? *St.* Di me perdant, si ego
tui quicquam abstuli.

Capt. 2, 2, 11.

Neque te nobis, si abeamus hinc, si fuat occasio.

Ibid. 2, 3, 56.

Si ego item, memorem quae me erga multa fecisti bene.

Ibid. 5, 2, 6.

Si eris verax, tuam rem facies ex mala meliusculam.

Ibid. v. 15.

Si eris verax, tuis e rebus feceris meliusculas.

Si in thesi non elisa foret Mil. 4, 2, 1. si certa lectio esset:

Domo si ibit, ac dum huc transibit, quae hujus cupiens corporis est.

At probabiliter Acidal. corrigit:

Domina si domo huc transibit, quae huius cupiens corporis est.

Rud. 1, 3, 11.

Tr. Quid faceret? *Am.* Si amabat, rogas quid faceret? asservaret.

Bacch. 2, 2, 16.

Anima est amica amanti: si abest, nullus est.

Ibid. 4, 9, 116.

Verum ut ego opinor, si ego in istoc sim loco.

Cistell. 3, 14.

Tu nunc, si ego volo seu nolo, sola me ut vivam facis.

si — sive enim h. l. sibi respondent, ut Curcul. 1, 1, 4.

Si media nox est, sive est prima vespera.

Trin. 1, 2, 8.

Tui benevolentis, si ita es, ut ego te volo.

V. 677. *congliscat*] Palat. 1. *condiscat.* Palat. 2. et Edd. vett. *conclusit.* E conjectura Camerar. edidi: *congliscat*, secundum vestigia librorum Mss.

Scintillam] Graece δαλόν, i. e. sobolem, quae genus extingui et interire non patitur. V. Jacobs. ad Leonid. epigr. in Anthol. gr. Vol. I. P. II. p. 120 sq.

V. 678. *facile est inventu*] Acidalius: *facilest*, i. e., ut explicat ipse, facilis est. V. de totius hujus loci sententia Gronov. obs. 4, 3. „H. v. ad proverbium trahendus, quo vulgo dictitant: *Altera manu fert aquam, altera ignem.* Quamvis enim hoc dicere videtur Plautus, ignem etiam ab inimicis utendum quondam sumi solere ad frigus defendendum sc., aliud dissimulanter significat tamen. si quis rei iratus suae cum Venere messes privatas combustum ire postulet, ei porro homini ustrinae istius-

modi concinnandae materiam nullo unquam tempore defuturam, etiamsi mutuo illa vel ab inimicissimis petenda; non item aqua suppeditabit, qui incendium restinguas." Dous. Taubmannus: Si quis rei suae prodigus amori animum adjecerit, ei occasionem nunquam defuturam: ne inimicae quidem operam istam pro pecunia ei negabunt. — Rud. 2, 4, 21.

Am. Cur tu aquam gravare, amabo, quam hostis hosti commodat?

Sc. Cur tu operam gravare mihi, quam civis civi commodat?

Gronovius:

Facilest inventu: datur ignis, tametsi ab inimicis petas.

Sciopp. susp. lectt. p. 96. e Mss. Camerar. restituit: *tamenetsi.* conf. Gronov. obss. 4, 3. p. 546.

V. 680. *meam sororem tibi dem*] Gronovius: *meam sororem vis tibi dem.* Delevit *vis* Reiz. ap. Herm. praef. p. X.

V. 683. *gravis — levem*] *gravis*, molestus: *levem*, tolerabilem. Acidalius.

V. 685. *Tanto*] Acidal. conjecit: *tandem.*

V. 692. *collutulet*] Nonius v. *collutelet*, *dedecoret. Plaut. Trin.* haec famigeratio te honestet, me collutulet, etsi sine dote duxerit.

V. 696. *pudico*] verecundo, pudenti. Dousa.

V. 702. *mea opera*] Huc trahit Philemonis fragm. Herm. praef. p. XXVIII.

μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον
ἔλεγχός ἐστι τῆς ἀχορτάστου τύχης.

V. 704. *Quis me improbior* — 706. *objectent, siet*] Hos versus, ait Herm. praef. p. XII. sq., interpolationibus male adnumeraverunt critici, quos quum in vett. libris errore librariorum e vers 691 et sqq. repetitos putarent, eiecerunt. Errori librariorum, ac perfacili quidem nihil nisi repetitio verborum *si sine dote duxeris* debetur. Horum loco Herm. reposuit, *si ego abs te agrum acceperim*,

quod petitum est e vers. 694. Etenim recte istos versus in antiquis libris repeti, clarum est ex iis, quae statim Stasimus dicit, cuius singula verba totidem pro hac repetitione argumenta sunt Ut unum commemorem, quod is dicit, *versus meliores facit*, prorsus inficetum foret, nisi in eo ipso lepos et jocus inesset, quod, quum Lysiteles ipsis Lesbonici verbis usus esset, meliores tamen, quam ille versus facere diceretur. — Ceterum v. 705 et supr. 694 in verbis: *abs te agrum* pronomen *te* non eliditur ab iis, qui Hermannum sequuntur. *Agrum* enim correpta prima semper est. V. Herm. praef. p. XV. Illos tres verss. ed. Gronov. h. l. non habet.

V. 707. *πάλιν*] Cic. 2. d. orat. 10. Non enim possum quin exclamem, *ut ait ille in Trinumo*. Palmer. spicil. p. 730 legit: *enim non possum, quin* etc.

V. 710. *multam*] Ante Palmer. spicil. p. 659. legebatur: *multa*. Peccatum, ait, ignoratione antiquitatis. Qui bene egerunt histriones secundum actionem beneficio afficiebantur: contra multabantur. Cistellar. exeunt. fabula:

Ne expectetis, spectatores, dum illi huc ad vos exeunt,
Nemo exibit: omnes intus conficient negotium.
Ubi id erit factum, ornamenta ponent; postidea loci
Qui deliquit, vapulabit: qui non deliquit, bibet.

Itaque verniliter servus, cum palmam dedisset Lysiteli, addit ad herum Lesbonicum: tune etiam te tueris, et audes committere, ut compareris cum Lesbonico tot rebus meliore, qui ita saepe deliqueris, ut multam abominari debeas? — pulcre abeas; si non vapules.

V. 711. *quid tibi interpellatio*] substantiva cum eodem casu construuntur, quo verba unde derivantur. Ter. Eun. 4, 4, 4.

Quid huc tibi reditiost? verbis quid muttitiost?

V. 722. *fulmentas* — 728. *contubernio*] Hi verss. in edd. omnibus ante Herm. ita legebantur:

- Fulmentas jubeam suppingi soccis: non sisti potest.
Video caculam militarem me futurum haud longius:
Aut aliquem ad regem in saginam herus se conjecit meus.
Credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore:
Et capturum spolia ibi illum, qui meo hero advorsus venerit.
Egomet autem quom extemplo arcum mihi, et pharetram,
et sagittas sumpsero,
Cassidem in caput, dormibo placide in tabernaculo.

De h. l. Herm. in praef. p. XX. sqq. ita disputavit: In his *conjexit* Pareo debetur, sed *si* quoque addere debebat. Verum cur fugitor futurus est Lesbonicus, si se ad aliquem regem in saginam conjecerit? An quia otio milites effeminantur? At hoc sic demum dicere Stasimus potest, si herum suum inter fortes et strenuos numerat. Nunc id non facit. Omnino enim ignavum fore dicit. Quare quid vereatur, ne ille virtutem suam amittat? Non magis quadrant, quae de se addit Stasimus. Dum herus fugiat, se placide dormiturum in tabernaculo dicit. At ut eum hero non oporteat praesto esse, num quisquam, praesertim ignavus, placide dormire potest instante hoste? — Itaque Herm. versus hos alio ordine posuit, passim refictos ut ego exhibui. Illa *non sisti potest*, pergit, quum de fortibus dicantur, facete ad ignaviam detorquet iis, quae sequuntur. Deinde cedentem necessitati caculam militarem se futurum dicit. Quod quamvis ei non placeat, hac tamen spe erigitur, fore ut herus ad aliquem regem in saginam concedat. Ibi vero se strenue armatum somno operam dare posse sperat. *Autem* v. 727 delevit Herm. Id necessario addendum fuit, turbato semel versuum ordine. Nec qui versum justo longiorem corrigere conati sunt, Acidalius (at in Acidalii commentariis nihil de h. l. adnotatum est) et Reizius omittere potuerunt; sed alter *et sagittas*, alter *et pharetram* delebat: quorum neutrum facile pro interpretamento haberi potest. — Ceterum illud hemistichium: *Fulmentas jubeam suppingi* legitur in fragmentis aliquantulum corruptum: *Fulmentas jubeam supponi foco*. Nonius

p. 600, 57. *Gothofr. Fulmentum, neutro, ut est in proverbio veteri, quo Varro utitur saepius, fulmentum tectum scandunt. Femin. Lucil. lib.* 28. *fulmentas eis atque aeneis subducere. Et lib.* 4. *sufficit huic, dum fulmentas quatuor addit. Plaut. Trin.* fulmentas jubeam supponi socco.

V. 723. *ad summos bellatores*] credo ego eum fore fugitorem, qui acritudine sua bellatores summos aequiparet. Plaut. Capt. 2, 2, 25.

Nam ad sapientiam huius ille nimius nugator fuit.

Alia exempla congessit Pareus lex. crit. s. v. et Acidal. divinatt. Plaut. p. 517.

V. 724. *ibi illum*] Acidalius: *sibi illum.*

V. 725. *caculam*] Festus: *Cacula, servus militaris. Plaut.* Video caculam militarem. *Dicitur autem a Graeco* Κᾶλον, *quod fustibus clavisque ligneis ad tutelam dominorum armari soliti sint.*

V. 728. *contubernio*] Vulgo: *tabernaculo*, quod metrum non fert. Herm. praef. p. XII.

ACTUS III. SCENA III.

V. 745. *Columem*] Gronovius vocabulo in duos versus dispertito: *in-Columem.* Correxit Reiz.

V. 748. nunc primum accessit ex cod. Ambros. Mediol., quem Mai. excussit.

V. 749. *eadem omnia istaec*] ita idem cod. Mediolan. Vulgo: *nam hercle omnia istaec* etc.

V. 751. *ut adeam — edoceam*] Acidalius non male: *ut adeas — edoceas.* Nam respondet Callicles:

Ut ego nunc adolescenti thesaurum indicem!

V. 757. *ne ipsam rem*] Vulgo: *neu.* Nunquam aureae aetatis, quae vocatur, scriptores *ac* et *nec* et *neu* ante vocalem ponunt. Herm. praef. p. XIV.

V. 758. *igitur*] Mss. Camerar. *agetur.* Correxit Sciopp. susp. lectt. p. 270.

V. 760. *ab amico alicunde mi argentum in dotem rogem*] Gronovius:

Ab amico alicunde argentum roges.

Rogem Acidal. ex edd. vett. Bentl. ad Ter. Phorm. 3, 3, 2. ita adscripsit:

Ab amico alicunde argentum roges.
Meg. Potin' est, ab amico alicunde exorari? *Call.* potest.

V. 763. *Pol mihi quidem hercle non est*] *Pol* Herm. addidit. Primus enim pes, ait praef. p. XVI., trimetrorum pondus ac multitudinem syllabarum desiderat. — Huc accedit, quod *mihi* in prima accendum fuisset. Eadem de causa supra V. 408. *quasi si* pro *quasi* scribendum erat.

V. 767. *Homo conducatur* — 771. *quid is scit facere postea?*] Hos verss. hoc ordine et ita scriptos dedit Herm.:

Homo conducatur aliquis jam, quantum potest,
Quasi sit peregrinus. *Call* Quid *istoc* facere postea?
Meg. Is homo exornetur graphice in peregrinum modum,
Ignota *facies*, quae non visitata sit,
Falsidicum, confidentem. *Call.* Quid tum postea?

In quibus verbis cum nominativi: *ignota facies* prorsus non habeant, quo referantur, neque magis accusativi *falsidicum, confidentem*; scripsi alio ordine positis versibus: *ignota facie* cum Acidalio, qui idem primus *visitata* emendavit pro: *usitata*, quae voces etiam Pseud. 2, 4, 37. sunt confusae, ubi legendum cum Dousa ad h. l. et cum Lips. ep. quaestt. 26, 26. *visitatus*. Deinde antiquam librorum omnium lectionem reposui: *quid is scit facere postea*, quam mutavit Herm. praef. p. XIII., non recordatus horum locorum Plauti: Pers. 4, 6, 2.

Sa. Quid ei numi sciunt?
Do. Cruminam hanc emere, aut facere uti remigret domum.

Ibidem 5, 2, 70.

Quid igitur, sexcenti numi quid agunt? quas turbas danunt!
Do. Male disperii! sciunt referre prohe inimico gratiam.

similiter Curcul. 5, 2, 22.

Qui scias mercari furtivas atque ingenuas virgines,
Ambula in jus.

Quibus locis sensus verbi: *scio* idem est, ac si verbum *posse* cum infinitivo passiv. alterius verbi ponatur, hoc sensu: *Was kann mit diesem Gelde geschehen*, et: *man kann damit seinem Feinde hübsch vergelten.*

V. 774. *vivere*] *Vivo* et *valeo* passim ita junguntur, ut alterum significet: *bene* vivere. V. supra ad v. 308. et Bentl. ad Ter. Heaut. 2, 3, 3.

V. 810. *me vide*] est formula postulantis, ut verbis suis fides habeatur et affirmanti sibi credatur. v. Lindem. ad Mil. 2, 4, 23. Nos: *verlaſs dich auf mich*, velut Rud. 3, 4, 18.

V. 821. *actum reddam nugacissume*] ita se edidisse Herm. praef. p. XIII. ait, veterum lectionum vestigiis emendationem monstrantibus. Palmer. spicil. p. 884. legit: *actum reddam: jam nugas hic suit.* Nugas est sycophanta, eum redditurum se ait, ut jam nunc ibi sit. De verbo *nugas* adiri jubet Priscian. l. 5. Comminian. Charis. V. Gesner. s. v. Mss. Camerar. *actum reddam nugaces sunt nisi.* Unde Sciopp. susp. lectt. p. 65. conjecit: *actum reddam, nugas sim nisi*, vel *sum, nisi* potius: Haud male.

ACTUS IV. SCENA I.

V. 822. *Salsipotenti — Iovis fratri, et Nerei Neptuni*] Haec est lectio h. l. Gronoviana. Brant. conjecit: *Salipotenti.* Herm. ed. habet: *Jovis fratri Neptuno et Nereo.* Exprimendam curavi elegantem Bothii conjecturam: *Jovis fratri aetherei Neptuno.* Mss. Edd. Camerar. et Lambin. *et Nerei Neptuni.* Juppiter *aethereus* appellari potest, quia veteribus aether fuit. Virgil. in laudibus veris 2. Georg. 325.

Tum pater omnipotens fecundis imbribus Aether
Conjugis in gremium laetae descendit, et omnes
Magnus alit, magno commixtus corpore fetus.

Statius sylv. 3, 1, 186. *pater aethereus* (Iuppiter). Ovid. Ib. 476 *vindex aethereus, Juppiter*, ubi v. interpp.

V. 823. *ago, gratisque habeo gratas fluctibus salsis*] Totum versum vulgo ita legunt;

Laetus, lubens laudes ago, et grates gratiasque habeo et fluctibus salsis,

alii: *grates gratias*, quod latine dici nego, quanquam vulgo ita legant Poen. 1, 1, 6. ex 2 Mss. et edd. vett. Rectius ibi quoque Ald. Iunt. Pareus: *gratas gratias*, quod multis locis repetitur. V. eius lexic. crit. s. v. *gratia*. Herm. minus mollibus numeris:

Laetus lubens laudes ago, et gratis gratas habeo, et fluctibus salsis.

V. 824. *quos penes*] Gronovius:

Quos penes mei potestas, bonis meis quid foret, et meae vitae,

in quo nullus rhythmus inest: neque melius hoc nomine Meurs. exercitt. crit. ad Bacch. p. 131.

Quos penes mei potestas boni, misque (i. e. meique) foret et meae vitae,

qui insuper nobis obtrudit archaicam formam *mis*, quam cum lexicographi et grammatici latini vett. tueantur; non recipiemus tamen in Plauti editionem, ut qui in plurimis non possimus exhibere recensionem ultra tempora Ciceronis assurgentem: nusquam autem in eius codd. Mss. eiusmodi archaismi apparent, quos cum alii tum Meursius tam anxie conquirunt. Codices h. l. *mis* habentes fallunt pro *meis*, lapsu, opinor, scribentis. Neque aliter quam *mei* nunc legitur Capt. 3, 5, 107., unde sunt, qui citent *mis*. Item Pseudol. 1, 1, 4. legitur *mei* et *tui*, non *mis* et *tis*, itemque apud A. Gell. N. A. 20, 6., a quo laudatur h. v. Plauti, ubi v. interpp. *Mei* et *tui* plerumque apud Comicos sunt monsyllaba. Recepit tamen *mis* Lindem. Mil. 4, 2, 43. Conf. Pontan. ad Macrob. 4, 4.

V. 825. *in patriam urbisque moenia reducem*] Nescio, unde Herm. quae edidit sumserit. Reduxi

lectionem Camerarii, quia vestigiis codd. Mssorum proxima est. Habent enim: *in patriam urbis cumam reducem*.

V. 830. *Atque ego — acceperam ante*] Gronovius:

Atque hanc tuam gloriam jam ante auribus acceperam et nobiles apud homines.

Bothe:

Atque hanc gloriam tuam ante auribus nobilem jam acceperam ad homines.

Nobilem conjecerat Brant. Verba: *et nobiles apud homines* loco suo reddidit Herm. praef. p. XX., reponens v. 833, ibidemque de suo addens: *secus*. Nam iste versus vulgo ita legebatur:

Abi laudo: scis ordine, ut aequomst,
Tractare homines. hoc dis dignumst, semper mendicis modesti sint.

Itaque totus locus in ed. Gronov. ita expressus est:

Atque hanc tuam gloriam jam ante auribus acceperam, et nobiles apud homines,
Pauperibus te parcere solitum, divites damnare atque domare.
Abi, laudo: scis ordine, ut aequomst,
Tractare homines. hoc dis dignumst, semper mendicis modesti sint.

In ed. Bothii ita:

Atque hanc gloriam tuam ante auribus nobilem jam acceperam ad homines:
Pauperibus te parcere solitum, divites damnare atque domare.
Abi, laudo: scis ordine, ut aequom est tractare homines. Hoc dis dignum est:
Semper mendicis modesti sint.

V. 832. *Abi*] formulam saepe habet Plautus; ea vel hortantis est, ut Most. 5, 1, 32., vel execrantis et reiicientis, ut Mil. 2, 3, 20. vel exultantis laudantisque ut h. l. et Trucul. 2, 1, 12. Ter. Adelph. 5, 1. *abi, virum te judico*, ubi v. Donat. et Acidal. divin. Plaut. p. 58. Similes formulae sunt: *abi modo* Poen. 1, 3, 20. 21. *Abi ab oculis* Trin. 4, 2, 147. Truc. 2, 5, 24. *Abi dierectus* Poen. 1, 1, 32. Denique *abi* formula fastidiose a se amolientis

est, ut Truc. 5, 1, 44. Poen. 1, 3, 20. Trin. 2, 4, 182. Stich. 3, 2, 23. v. lexic. Parei s. v.

V. 836. *item*] Acidalius: *ibidem*.

V. 837. *navem*] monosyllabum. V. Herm. praef. p. XVI. Schneid. gr. lat. 1, 1. p. 362.

V. 840. *apage a me*] Gronovius: *apage me*. Acidal. conjecit: *apage te*, vel *apage me*.

V. 841. *Quibus aerumnis — quaero*] Non putavi vulgatam h. l. lectionem deserendam esse. *Filio* bisyllabe effer, ut *omnium* v. 931. Nonius p. 748, 10. *Eluctavi pro: eluctatus sum. Plaut. Trin.* Cum his aerumnis eluctavit, Conf. Merula ad Ennii fragm. p. 497. Gronovius:

Quibus aerumnis deluctavi, filio tum divitias quaero!

V. 843. *Pol simul — gerat rem*] Vulgo:

Sed quis hic est, qui in plateam ingreditur cum novo ornatu specieque
Simul? pol! quamquam domum cupio, opperior hic, quam gerat rem.

Palmer. spicileg. p. 754. sq. legit:

Specieque
Simula? pol! quamquam domum cupio, opperior hic, quam gerat rem.

Sed *simula* diminutivum est vocis *simia*, non potest poni pro *simulata*. *Domi* ex h. l. citat Donat. ad Ter. Eun. 4, 7, 44. Vult autem hoc dicere grammaticus iste, *domi* et Terentii l. l. et Plauti h. l. esse genitivum pro: *domus*, ut sit hic sensus: quamquam cupidus sum domus i. e. domi esse. Jam pro: *cupidus sum*, poeta existimandus esset dixisse: *cupio*, et huic verbo junxisse genitivum rei. Hinc infra 4, 4, v. 1028. scriptum est: *commeminit domi*, simili sensu. Nihil igitur pertinet haec adnotatio interpretis Terentiani ad locum Aulul. 2, 4, 14., quem locum tractat Acidal. divinatt. Plaut. p. 72, sq.

Nempe huic dimidium dicis, dimidium domi?

ubi Acidalius legit:

Nempe hoc dimidium dixti dividi modo?

Domi pro *domum* reddendum Amphitr. 1, 1.

Bene facit: quia nos eramus peregre, tutatust *domi*.

Sic enim codd. Lang. Vet. Camerar. Edd. Iuntin. aliae Cod. Lips. Hermanni doctr. metr. p. 88. At *domum* retinendum est Aulul. 2, 2, 25 et 26. *verum intervisam domum* et: *namque est, quod visam domum*. Hinc adeo tueri possis nostro loco: *cupio domum* i. e. ire domum, ut dicunt latini: *visere in locum aliquem*, veluti Aulul. l. l. Rud. 5, 1, 6. *visam huc in Veneris fanum*. Epidic. 5, 2, 47. *vise intro*. Cas. 3, 4, 1. *viso huc*. Bacch. 3, 5, 4. *visam huc ad eum, si forte est domi*. Alia congessit exempla Pareus lex. crit. s. v. *Visere, Visere ad, Domum cupere*. Terent Hec. 1, 2, 14. *Nostra illico it visere ad eam*. plenius dixit. Ibidem 2, 1, 40: *visentem ad eam*. 3, 2, 4. *nunc ad eam visam*. V. Bentl. ad Ter. Eun. 3, 4, 7.

ACTUS IV. SCENA II.

V. 845. *locavi*] Huius verbi hi sunt significatus: *locare aedem exstruendam, einen Bau* verdingen. Cui locatur, is *redimere* dicitur, *einen Bau* dingen. *Operam locare*, sich verdingen. Cui locatur, is *conducit* operam, i. e. dingt *den Arbeiter*. *Locare aedem habitandam, ein Wohnhaus* vermiethen; cui locatur habitanda, is dicitur *conducere, ein Wohnhaus* miethen. *Locare agnos caedundos, Lämmer zum Schlachten* liefern. Capt. 4, 2, 39. Respondet illi verbo hoc sensu usurpato item *conducere*, sich liefern lassen, *einen Lieferungscontract machen*. Curc. 4, 1, 3.

Ornamenta, quae locavi, metuo ut possim recipere.

Conf. Lindem. ad Capt. l. l. Sunt igitur hi significatus: *Verdingen (dingen), Vermiethen (miethen), Liefern (sich liefern lassen)*; horumque postremus est primitivus significatus, unde ceteri derivantur.

V. 848. *egestas*] Bothe confert Diphilum parasito:

εὖ γ' ὁ κατάχρυσος εἶπε τοῦτ' Εὐριπίδης,
νικᾶ δὲ χρεία μ', ἡ κακῶς τ' ὀλουμένη
γαστήρ.

Egregie ut multa dixit bonus Euripides:
Me dira egestas subigit et miserabilis
Venter. H. Grot.

V. 861. *ut me esse ipsum plane sycophantam*] Guilielm. Trin. c. 1. scribit: *ut me esse ipsus plane syc. s.* i. e. non modo alii me sycophantam esse sentiant, sed ipse. Et sane casus huius pronominis judicatur e contrariis, ut si hic contra ponantur haec: non modo alii sentiant, me sycophantam esse, sed ipse; vera sane sit emendatio. V. Brem. ad Cic. d. fat. c 11. Gernhard. ad Cic. d. offic. 1, 38. extr. Possit tamen *ipsum* accipi pro: id ipsum i. e. *eben das*, ut dicat syoophanta, se conductorem suum ornamentis circumducturum, adeoque facturum ut sentiat revera sycophantam esse se, quem simulare jubeatur: ipsum scilicet illum se fore, pro quo sit exornatus, verum, non fictum.

V. 863. *dormitator*] Hesiod. opp. et d. 607. (566. *Brunck.*) Etym. M. v. ἡμερόκοιτος.

V. 865. *mox furatum*] Palmer. spicil. p. 626. emendavit *nox*, i. e. noctu, ut legendum est etiam in Truc. 2, 6, 66.

Numue vis me, voluptas mea,
Quo vocatus sum ire ad coenam? *nox* ad te huc cubitum ivero.

Rud. 2, 4, 4. legendum cum Lambino et Reizio:

Am. Ad vos venio. *Sc.* Accipiam hospitio, si *mox* venies Vesperi,
Item ut affectam: nam nunc nihil est qui te mane mulierem —

ubi minus bene *nox* legit Carrio ant. lectt. 2, 16., totum locum ita exhibens:

Sc. Accipiam hospitio, si *nox* veneris,
Item ut affectas: nam nunc nihil est, qui te inanem —

In aliquot libris est: *qui te maneam.* Festus h. l. respicit in v. *Adsectata* (scr. *adfectata.*) *Adsectata femina vel in bonam partem dicitur, velut honorata, vel in malam, quasi ad extremum periculum adducta.* V. Palmer. spicil. p. 629. maxime autem Lambin. ad h. l. *Nox* restituendum Asin. 3, 3, 7.

Quo nunc abis? quin hic manes? *Ar.* *Nox* si voles manebo,

ubi veram scripturam vidit Lips. ant. lectt. 2, 7. Adde A. Gell. N. A. 8, 1. *In XII tabulis erat:* SI NOX FURTUM FACTUM ESSET, SI IM ALIQUIS OCCISIT, IOUS ESTO. De quo loco V. Marcil. in interpretatione legg. XII. tabull. c. 57. in Otton. thes. vol. 4. p. 275. Ennius lib. 16. Annal. apud Priscian. 6. p. 724. *Putsch.*

Si luci, si nox, si mox, si jam data sit frux.

Nox fortasse retinendum est etiam in corruptissimo loco Cas. 5, 2, 8.

Ubi intus hanc novam nuptam deduxi via recta, clavem
Abduxi: sed tamen tenebrae ibi erant tanquam nox * * *

In cod. Ambros. Maii h. l. ita legitur:

Abduxi: sed tamen tenebrae ibi erant tanquam in puteo.

Fortasse scribendum:

Abduxi: sed tamen tenebrae ibi erant tanquam *nox* in puteo.

quae est de h. l. sententia Osanni anal. crit. p. 207. Plurimi enim libri habent: *nox.* In nonnullis tamen desideratur, velut in cod. Nagleri ap. Osann. Ceterum hic idem praefert: *obduxi,* laudato Salmas. ad Plin. Exercitt. p. 650 sq.

V. 870. *Hercle opinor — agitandumst vigilias*] Vulgo: *agitandae sunt vigiliae.* Correxit Gruter. e Mss. v. Sciopp. Veris. 3, 3. Bentl. ad Ter. Phorm. 2, 1, 19. Conf. supr. ad v. 263. et Gronov. lect. Plaut. p. 347.

V. 873. *census quom sum*] Reizius: *Census sum,*

eum juratori etc. v. Herm. praef. p. X. Secutus sum Acidalium. Ed. Lambin. *Census conjuratori, si recte rationem dedi.* Est autem *jurator* h. l. censor. V. Turneb. adv. 19, 12. Plaut. Poen. prol. 58. Audit jurator, quia censor jusjurandum adigit. Gronov. observ. 4, 3. p. 547.

V. 875. *albitudinem*] Nonius p. 524, 33. *Albitudinem pro albore. Plaut. Trin.* ubi habitet et item alterum ad istanc capitis albitudinem.

V. 882. *sin unumquidquid*] Ita vulg. Correxit Herm. Acidal. autem Trin. c. 1. legit item *si.*

V. 883. *itinera*] Quadrisyllaba ista brevia plerumque apud antiquos primam acuunt, ut *mŭlieres*, *prŏpemodum*, *périerim*, *inopiam* etc. Bentl. ad Ter. Heaut. 2, 3, 30.

V. 885. *incipissis*] Vulgo: *incipis sic.* Correxit Guilielm. Trin. c. 1.

V. 887. *concubium*] Varro de ling. lat. p. 55, 36. *Gothofr. In Trinumo:* Concubium sit noctis prius, quam ad postremum perveneris. Herm. praef. p. XIX. de h. l. ita disputavit: „Nulla unquam librorum auctoritas vincet, ut *postremum* in illo quidem versus loco prima et ultima syllaba acuta a Plauto adhibitum credam. Si ultima non elideretur, ictus in mediam syllabam, si elideretur, in primam incidere debebat: ex qua regula ingens locorum multitudo corrigenda est. Grex in Cistell.

More majorum date plausum postrema in comoedia.

Itaque *tu* addidi, et scripsi *pervenas*, cui *perveneris* aut ut notius, aut versus causa, postquam *tu* excidisset, substitutum fuerat. Sic v. 94. *perveniant* in libris est pro *pervenant.*" — Faciliori ratione h. l. sanatur, si ceteris relictis *postumum*, antiqua forma vocabuli: *postremum* restituatur, qua voce hoc sensu usum esse Nostri imitatorem Apuleium, docet vel Gesner. thes. lat. ling. s. v. Adde Festum s. v. *Extimus.*

V. 888. *Face opust*] Gronovius:

Opus face est et viatico ad tuum nomen, ut tu praedicas. Vulgo ante Gronov. *Opus facto est.* Unde Lambin. *Opus farto est.* Palmer. spicil. p. 699. duplicem conjecturam super h. l. prodidit: *Opus sacco* vel *face est.* Ac Lips. quoque ant. lectt. 1, 5. *Face.* Ordinem verborum vertit Reiz. apud Herm. praef. p. IX.

V. 893. *Lesbonici. is mi est amicus*] Vulgo: *Lesbonici, mihi est amicus,* quae verba alii Charmidi tribuerunt. Primus sycophantae assignavit Acidal. *Is* habet vet. cod. Camerar., et in rasura etiam Ms. decurtat.: *Lesbonicis.* Hinc recte jam Pareus scripsit: *is mi est amicus.*

V. 895. *ita ut occepi*] formula est solennis ibi, cum quid institueris, atque ab eo digressus aut etiam avocatus idem repetas postea narrationi continuandae. Acidal. Stich. p. 484. Plaut. Stich. 4, 2, 1.

Sed ita ut occepi narrare vobis, cum hic non affui

ex em. Acidalii, qui tamen minus recte putavit, totum scenae principium deesse. Est enim locus aliter interpungendus, ac vulgo fertur, et *dum* pro *cum* ponendum:

Sed ita ut occepi narrare vobis: dum hic non affui,
Cum amicis deliberavi jam et cum cognatis meis:
Ita mihi auctores fuere, ut me hodie jugularem fame.

Rud. 4, 4, 21.

Ita ut occepi dicere, illum quem tu e fano Veneris
Dudum lenonem extrusisti, hic eius vidulum eccillum habet.

Ibid. v. 75.

Ut id occepi dicere, senex, eam te quaeso cistulam
Ut jubeas hunc reddere illis.

Poen. 2, 24.

An. ita ut occepi dicere,
Lenulle, de illac pugna Penthetronica.

Pers. 4, 3, 49.

Sed ut occepisti, ex tabellis nosce rem. *Do.* Bene me mones.

Nos in simili orationis continuatione: *Aber was ich sagen wollte.*

V. 900. *Dedit mihi ipse in manus*] Vulg. Correxit Reiz. ap. Herm. praef. p. X.

V. 901. *quidem*] Mss. *quiddam*. Fort. *quidam*.

902. *Haeret — longior*] H. v. primus e Mss. Camerar. protulit Sciopp. Veris. 3, 3. v. Herm. praef. p. XI.

V. 904. *Quid est ei nomen?*] Alii: *quod*. Conf. v. 938. Lindem. ad Capt. 5, 3, 6. Most. 3, 1, 132. *Sed nomen domini quaero quid siet.* Men. 3, 2, 33. *responde, adolescens, quaeso, quid tibi nomen est?* Pers. 4, 4, 71. *quid nomen tibi est?* Amphitr. 1, 1, 211. ubi *quid nomen* Mss. habent pro: *quod nomen*, et praefert prius etiam Sciopp. susp. lectt. p. 133., qui multa exempla affert. Legitur etiamnum: *quod erat ei nomen?* in Capt. 2, 2, 35. item Cistell. 4, 2, 107. *Sed quod nomen est tuae dominae?* Conf. Capt. 3, 5, 104.

V. 905. *illi edepol illi, illi, illi*] Palmer. spicil. p. 758. legit: *il, il, edepol, il, il.* Sunt, ait, voces effutitiae comminiscentis nomen.

V. 907. *non placet — habet*] Acidalius: *non places — habes.*

V. 910. *iamne commentatus*] Vulgo:

Jamne commentatus es nomen? *Sy.* Deum hercle me atque hominum pudet.

Quis hic, ait Herm. praef. p. XVIII. *deum* elidi patiatur, quod maxime audiri debebat?

V. 912. *quod in manu*] Ita vulgo, delevi *in*.

V. 913. *C est principium*] Vulgo:

Literis recomminiscar. *Ch.* Est principium nomini Callicles? *Sy.* Non est, *Ch.* Callippus?

Correxit Palmer. spicil. p. 757.

V. 914. *Callicles*] Gronovius: *Callicias* e libris vett. et Mss. At *Callias* Herm. et Both. Dedi quod propius est a vestigiis librorum Mss., quam *Callias*.

V. 920. *ad hoc exemplum est, Char*] Ante Palmerium l. l. legebatur:

Ad hoc exemplum est? an Chares? an Charmides? num Charmides?

Palmer legit:

Quod ad exemplum est? conjectura si reperire possumus:
Sy. Ad hoc exemplum est, Char. *Ch.* an Chares? an Charmides? num Charmides?

Acidal. pro altero: *an Charmides?* subsituit: *an Charidemus?*, eumque secutus Herm. nihil mutavit, nisi *an* ante *Chares*, omisit. Ego posui *Charmadas*, quod nomen non tam dissimile est illi *Charmides*, quod in vett. edd. bis legitur, Bothium secutus, qui totum vers. ita exhibuit:

Ad hoc exemplum est: Ch — Ch. An Chares? an Charmadas? num Charmides?

libri Mss. Palatt. et vett. edd. sic:

Ad hoc exemplum est an Chares an Charmides mim Charmides.

V. 921. *Hem istic erit*] Acidalius: *erat*. Sed vulgatam tuetur Herm. praef. p. XIII. Nihil enim, ait, magis ridicule dicere potuit sycophanta, quam *istic erit*. Quo iste affirmat quidem rem, sed dum dubitanter loquitur, consternatum se esse ostendit.

V. 924. sq. *Ne male loquere — Latitabat mihi*] Gronovius et Sciopp. susp. lectt. p. 67. sq.:

Ne male loquare absenti amico. *Syc.* Quid ergo ille ignavissimus
Mihi latitabat? *Ch.* Si appellasses, respondisset nomine.

Loquere pro *loquare*, et transpositis verbis: *quid ille ergo* emendavit Reiz. ap. Herm. praef. p. X. Alterum vers. ipse Herm. ibid. p. XV. correxit. Brant. priori ordine verborum servato conjecerat: *nomini*. Alluditur hoc versu ad ea quae solebant fieri in delectu militari. Conf. Duker. d. latinitat. juriscons. p. 332 sq. *Lips.* not. Ed. Lambini:

Ne male loquere ei praesente amico. *Sy.* Quid ergo ille ignavissimus
Mihi latitabat? *Ch.* Si appellasses, respondisset nomine.

Correctum est e Mss. in ed. Taubm. sec., ubi legitur: *ne male loquare absenti amico.* Lambini lectionem explicare conatus est Acidal. divinatt. p. 519. sq. „Quia hic amicum sibi esse dicit adolescentis illius patrem, i. e. ipsum Charmidem: ideo, cum postea male illi diceret, ipse Charmides praesens prohibet male loqui amico praesenti, se designans, ibidemque de se item hoc ait: *si appellasses, respondisset nomine*, scilicet quia praesens aderat ipso sycophanta nesciente."

V. 926. *Cercopia*] Vulgo:

Sed ipse ubi est? *Sy.* Pol illum reliqui ad Rhadamantem in Cecropia insula.

Cercopia dedi e libr. vett. Meursii. Bothe:

Sed ipse ubi est? *Sy.* Pol eum reliqui ad Rhadamam Cecropia in insula.

de accusativo *Rhadaman* provocat ad Charis. p. 50. *Putsch.*

V. 928. *Quid ais?* Sy. *Quid?* Ch. *Hoc, quod te rogo*] Minus recte Both. ait, in ed. Camerar. legi, ut ipse edidit: *Quid ais? Quid hoc quod te rogo?* omnia uni personae, Charmidae tribuens. Non discrepat h. l. ed. Camerar. a nostra.

V. 929. *Quos locos adisti*] Acidalius: *quos locos adistis?* Quo probato legendum foret item plurali numero v. 940. *istis.* v. 943. *ascendistis.*

V. 931. *ad Arabiam*] *Ad* abest a plerisque libris. Sed extat in 2 Mss. Camerar. teste Sciopp. susp. lectt. p. 53.

V. 939. *pax*] Nostrum fortasse ob oculos habuit frequens illius imitator Apulei. Apolog., loquens de malo nomine: *Nam cum undique versum tabulis flagitaretur, et quasi insanus ab hominibus obviis teneretur,* pax, *inquit*, negat posse dissolvere,

annulos aureos et omnia insignia dignitatis abiicit. Vere igitur Lips. ep. quaestt. a, 22. *pax* restituit Nostro pro *flax*. Male Meurs. *tax*. Terent. Heaut. 2, 3, 50.

Capillus sparsus, promissus, circum caput
Rejectus neclegenter, pax.

Ubi Bentl. *ptax*, ait, silentium imponentis: graece quoque πάξ. Eum locum Terentii in mente habuit Auson. scribens in fine idyll. XII.

Totum opus hoc sparsum, crinis velut Antiphilae: Pax. Terent. ibid. 4, 3, 39.

Unus est dies dum argentum eripio: pax: nihil amplius.

Hesych. πάξ, ἐπὶ τῷ τὸ τέλος ἔχειν. Ita h. l. citat Lips. l. l. „Cum silentium imponebant, aut quae dicta erant, indicta vellent, tunc *pax* dicebant." Scaliger. Auson. Lectt. 1, 19. Conf. Albert. ad Hesych. col. 856. et locos Plautinos: Pseud. 5, 1, 33. Mil. 3, 1, 211. Stich. 5, 7, 3. Priscian. 14, 2. p. 980 *Putsch.* Nos: *basta!*

V. 942. *e medio*] *E* adjecit Acidal. Eadem vocula fortasse delenda Amph. 1, 1, 176.

Lassus sum hercle; navi ut vectus huc sum, etiam nunc nauseo.

Vulg. *e navi.* Conf. Bacch. 1, 1, 73.

Nam ut in nave vecta es, credo timida es,

ubi: *timida es* dictum est: pro aegrota es. V. Acidal. Amphitr. p. 18. sq. Donat. ad Ter. Hecyr. 3, 1, 41. Mercat. 2, 3, 37.

Per mare ut vectus, nunc oculi terram mirantur tui.

V. 944. *anne etiam*] dedi pro *an etiam*. In Mss. Camerar. erat *ante etiam* teste Rittershus. ap. Sciopp. susp. lectt. p. 68. *At* et *an* confusa sunt Amphitr. 4, 2, 5.

Quid nunc vis? *Am.* Sceleste, at etiam quid velim, id tu me rogas?

Minitanti et indignabundo magis convenit *at.* Ap. Cicer. 3. d. rep. p. 225. ed. *Stuttg.* lego: At qui

(vulg. *atqui*) *id tibi, inquit Laelius, verendum est, si ea dixeris, quae contra justitiam dici solent, ne sic etiam sentire videare, cum et ipse sis quasi unicum exemplum antiquae probitatis et fidei; neque sit ignota consuetudo tua contrarias in partis disserendi, quod ita facillimo verum inveniri putes?*

V. 945. *Alii Di isse ad villam — cibum*] Acidalius citat hoc modo:

Callicli isse ad villam aibant servis depromptum cibum.

Sciopp. l. l. p. 68. et Acidal. conjecerunt: *Charmidi* pro: Callicli i. e. Charmidi, itineris socio. Magis placet altera Acidalii conjectura, quam recepi. Herm.

Eum alii Di isse ad villam aibant servis depromptum cibum.

Frigida est Bothii conjectura, ab eo in syntagma poetae admissa:

Eho, an etiam vidisti Iovem,
Callide? *Sy.* Isse ad villam aibant servis depromptum cibum.

Vet. Cod. Camerar. *Callicli se ad villam.* Aliae vett. edd. *Calliclis ad villam*, si recte ebotavit Bothe. Ed. Camerar. fert: *Callicli isse*; neque ille quidquam de vet. Cod. suo adnotavit. Aldus: *Calliclis ad villam.* Mss. duo Palatt., teste Pareo anall. *Callicli isse.*

V. 947. *Ego vero hercle*] Herm. *Ego quidem hercle.* Acidal. *Hercle vero.* Cod. Palat. Both. *O hercle sies molestus.*

Pudicum neminem] allusum est ad fabulam Ganymedis.

V. 950. *Quos ego*] Acidalius. At vulgo: *Hos ego.*

V. 960. *illo mille*] Ante Sciopp. susp. lectt. p. 68., qui h. l. ad veram scripturam revocavit e codd. Mss. Camerar., legebatur:

Si hunc possum illis mille numis Philippeis circumducere.

V. 967. *Mille numum*] Sic idem Sciopp. ex iisdem libr. Vulgo: *nummos*.

V. 969. *ego dem aurum tibi*] Vulgo:

Adulescens, cedo dum istuc aurum mihi. Sy. quod ego aurum dem tibi?

Emendavit Herm. Volebat Reiz. in eius praef. p. XV. metri causa scribere: *mi*. Sed *mi* non facile ante consonantem apud antiquiores inveneris.

V. 972. *huic auro quidem*] Dousa aduersante metro:

Neque edepol tu is es, neque hodie is umquam eris, aurum hoc cui dem.

V. 978. *recharmida*] χάρμη laetitia. Est igitur: conceptam laetitiam et assumtum nomen depone. Cassel. Durant. Var. lectt. p. 247. in Gruteri fac. cr. t. 3.

V. 980. *quilubet*] ante Acidal. *quidlubet*.

V. 986. *quia illum quem ementitus es, ego sum ipsus Charmides*] Constructio similis illi Virgilianae 1. Aen. 137. *urbem quam statuo, vestra est*. Capt. init.

Hos quos videtis stare hic captivos duos;
Illi quia astant hic — stant ambo, non sedent.

Ter. Eun. 4, 3, 11.

Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit.

Amphitr. 4, 1, 1.

Naueratem quem convenire volui, in navi non erat.

Epid. 3, 4, 12.

Sed istum quem quaeris Periphanem Plothenium,
Ego sum si quid vis.

Muret. V. L. 14, 15. Ex eadem constructionis ratione Davis. explicare voluit Cic. 1. tuso. quaestt. 24. *animum ipsum, si nihil esset in eo, nisi id, ut per eum viveremus, tam natura putarem hominis vitam sustentari, quam vitis, quam arboris*. Sed in hac sententia anacoluthon inesse, ostendit

Matthiae d. anac. ap. Cic. in: *Literar. Anall.* Fr. A. Wolfii fasc. 3. p. 19. Hic enim si *hominis vitam* demas, quae sensum verbi *animum* repetunt, plana erit sententia.

V. 988. *ipsus es? — ipsusne es? Ch. ipsissumus*] Aristoph. Plut. 83.

Τί φῆς; ἐκεῖνος οὕτως εἶ σύ; Πλ. ναί.
Χρ. ἐκεῖνος αὐτός; Πλ. αὐτότατος.

ubi v. Hemsterh. Adde interpp. ad Greg. Cor. p. 366. Priscian. 3. p. 598. *Putsch. quamvis antiqui etiam in quibusdam gentilibus comparativis usi sunt,* (v. Schaefer. ad Greg. Cor. p. 305. sq.), *ut Punus, Punior (sic Plaut. in Poen. nullus est me hodie Punus Punior), ut idem Plautus in Trin.* Ergon' ipsus es? Ipsissimus, abi hinc ab oculis. Conf. Guilielm. Trin. c. 3.

V. 990. *Sero quoniam*] Vulgo: *serio.* Sed causa, cur vapularet, in adventu solo nulla erat. Itaque Guilielm. Trin. c. 2. correxit *Sero.* Ad histrionum poenas respicit poeta, qui si quid deliquerant in actione, vapulabant. V. Epilog. Cistellar. In culpis autem fuisse, si qui serius, quam oporteret, proscenium ingrederetur, non dubium est. Hinc sycophanta Charmidi-minatur, qui fabulae jam magna parte exacta peregre domum venit, daturum poenas, quod sero venerit. Absentia autem patris diuturna in causa fuit, ut totius dramatis actio oriretur, ut mores filii proderentur, ut Callicles dolo rem agere cogeretur, cui sycophanta struendae conductus est. Conf. Köpke ad h. l. Hinc apparet, quo cum jure Bothius illud *serio* restituerit.

V. 992. *At etiam maledicis*] ante Sciopp. suspl. lectt. 2, 3. *an etiam maled.*, qui emendavit e Codd. Mss. Camerar. V. notata adv. 944.

V. 993. *Di me perdant* — 995. *interduim*] Gronovius:

Sy. Imo, salvos quandoquidem advenis,
Di te perdant, etsi floccifacio, an periisses prius.
Ego ob hanc operam argentum accepi: te macto infortunio.
Ceterum qui sis, qui non sis, floccum non interduim.

Haec est correctio Acidalii, qui ita explicat divin. p. 523. „Gratulaturus sycophanta seni videbatur de prospero adventu, cum ita inciperet: *Salvus quandoquidem advenis*: at contra quam expectabat senex, subiicit: *Di te perdant*. Quoniam incolumis, inquit, huc venisti, pereas: etsi mea causa seu per me perire potueras etiam prius, nec ego floccum interduim, si id factum." Ante Acidalium fuit:

Sy. imo salvos quandoquidem advenis,
Di te perdant, si te floccifacio, an periisses prius.

Lambinus edidit:

Sy. imo salvus quandoquidem advenis,
Di te perdant, si te floccifacio, post an periisses prius.

idemque ita explicat: di *me* perdant, si vel pili aestimo, postne pereas, an periisses prius: tanti mihi est, te jam ante periisse et posterius periturum. Nisi placeat Acidalii ratio, plane opus est legere: *Di me perdant*, hoc sensu: Dum salvus adveneris, non flocci pretio interesse hoc i. e. te salvum advenisse statuo, an prius interiisses, Di me perdant! i. e. Di me perdant, si te floccifacio, an salvus adveneris, an periisses prius. Nos: *Da du wohlbehalten angekommen bist — der Henker mag mich höhlen, wenn mir mehr daran gelegen ist; als an einer Hachel, odér ob du früher umgekommen wärest.*

V. 995. *Ceterum*] Mss. et collatio Cod. Dresd. Lindemanni: *Sed erum*. Vulgo: *Sed enim*. Scioppius emendavit.

V. 998. *Quod Di te omnes*] Herm. *Quo Di te omnes* Est in hac formula solenne addere: *Quod*, volut legitur Amphitr. 2, 1, 13. ubi minus recte distinguunt:

Malum! quod tibi Di dabunt, atque ego hodie dabo.

lege:

Malum quod tibi Di dabunt, atque ego hodie dabo.

Most. 3, 1, 121.

Malum quod isti Di Deaeque omnes duint.

Idem vers. repetitur in Ter. Phorm. 5, 8, 83. Similiter sed non in eadem imprecandi formula legitur Asin. 1, 3, 16.

Modo quod accepisti, haud post multo aliquid quod poscas paras.

Ubi cum vulgo *quidem* pro *quod* legeretur, recte alterum posuit Guilielm. Asin. c. 4. *Quod* enim accessio sermonis interdum est praeter vehementiam majorem orationi nihil adferens. *Quod* isto loco Asin. diserte expressum erat in cod. Barth. add. Truc. 2, 1, 21.

ACTUS IV. SCENA III.

V. 1005. *tintinnabulum*] i. e. sycophanta.

ACTUS IV. SCENA IV.

V. 1009. *fac te*] Vulgo *facite*. Correxit Guilielm. Trin. c. 2. Herm. *face te*. conf. Stewech. quaest. in Apulei. p. 167.

V. 1012. *cottabi*] v. Schneider. vocab. gr. s. v. Κοτταβοι et Lips. ant. lectt. per totum libr. 3.

V. 1013. *ab heri quaestione*] *damit du da seyest, wenn der Herr nach dir fragt.* Hinc formula: *in quaestione esse, nach sich fragen lassen*, et *in exspectatione esse, auf sich warten lassen.* Mil. 4, 6, 64.

Jam ego illi ero. *Mi.* Vide ne sies in exspectatione.

Ubi alter Ms. Camerar. *si in spectatione*; alter *sis exspectatione*. Rittershus. ap. Sciopp. susp. lectt. p. 217. legit: *ne sis exspectationi*, cui cum adversetur metrum, alterum recte dedit Lindem. Conf. Parei lex. s. v. *exspectationi esse*. Pseudol. 2, 2, 68.

Sed vide sis ne in quaestione sis, quando arcessam, mihi

Cistell. 2, 3, 49.

Ne in quaestione mihi sit, si quid eum velim,

ubi cum Mss. Camerar. haheant: *ne quaestionem;* Lang. Codd. *ne quaestione*, Sciopp. l. l. legit: *ne quaestioni*, provocans ad Capt. 2, 2, 3.

Edepol tibi ne quaestioni essemus, cautum intelligo.

et sic sane Mss. Laug. habent. At Cas. 3, 1, 16. legitur:

Sed tu cavè inquisitioni mihi sis. *Al.* usque adero domi.

Vet. cod. Meursii: *in quaesitione*. Lego cum Dousa: *in quaestione*. Totum vers. ita scribo:

Sed cave sis, ne in quaestione mihi sis. *Al.* usque adero domi.

denique Pers. 1, 1, vers. penult. legitur: *cave fuas mihi in quaestione*. Cum igitur in locis plerisque omnibus praevaleat fomula: *in quaestione esse*, etiam Capt. l. l. ita scribo. Neque secus loqui solent prosa oratione, ut A. Gell. N. A. 13, 14. Plin. H. N. 10, 22.

V. 1015. *thermopótas*] Herm. *thermopotasti*, adversante metro. *Postquam* cum praesente passim legitur, ut Capt. 3, 1, 27.

Abeo ab illis, postquam video me sic ludificarier.

Bacch. 3, 6, 2.

nunc ego illam me velim
Convenire, postquam inanis sum, contemptricem meam.

Mostell. 3, 3, 22.

Quia tibi unquam quicquam, postquam tuus sum, verborum dedi.

Capt. prol. v. 23.

Postquam Aetoli belligerant cum Aliis,
Ut fit in bello, capitur alter filius.

Mil. 4, 8, 21.

Quid istuc? Pa. Quia, postquam abs te abit, animo male
Factum est huic repente misorae.

Similiter *quom* cum praesente post perfectum in Amph. 2, 2, 36.

Gravidam ego illanc hic reliqui, quom abeo.

V. 1017. *curculiost*] gutturis pars, qua λάρυγξ eminet, quam inter edendum moveri cernimus. Dous. centur. Plaut. 4, 25. Lips. 1. centur. Epist. 15. putat ab athletis sumtum, quibus gymnastae sui et magistri exercitores. Ergo quia currebat et recurrebat servus, hunc hominem, inquit senex, curculio (vermis genus) ad cursuram exercuit et currere ac recurrere, hinc illinc se volvere docuit. Eandem sententiam habet Lindem. ad l. l. p. 264. add. Schneid. gr. lat. p. 236.

V. 1019. *memoria esse oblitum*] Ita vulgo. Guilielm. Trin. c. 2. correxit *memoriae*. Collatio Cod. Dresd. Lindemanni: *memorie*, i. e. memoriae. Minus recte vulgatam Acidal. tuetur e Capt. 2, 3, 33.

Istuc ne praecipias, facile memoria memini tamen.

Sed huius loci alia ratio est. Potes enim *memoria meminisse*, sed non item *memoria oblivisci*. Nos: *das Gedächtnifs versaufen*.

quoniam] Vulgo: *quia*. Correxit Reiz. apud Herm. praef. p. X.

V. 1021. *Collabus*] Palmer. spicil. p. 697. *cottabus* a cottabo sc. flagellorum.

V. 1022. *oculicrepidae*] Palmer. l. l. p. 727. conjecit: *occulteripidae*, quo metrum pessum datur. Vulgo mox *crucicrepidae* pro *curicrepidae* ante Guilielmium legebant.

V. 1024. *quorum unus*] Vulgo:

Quorum eorum unus surripuit currenti cursori solum.

Emendavit Herm. praef. p. XIV. e vestigiis veterum edd.

V. 1026. *apothecam*] Gronovius: *epithecam*. Herm. vulgatam explicat: in meam, inquit Stasimus, apothecam damnum pro vino apposui. Quid etiam laborem apponam?

V. 1027. *vorsoriam*] Versoria est funis, quo vertitur velum. Epid. 1, 1, 47.

Utcunque in alto ventus est, Epidico, exin velum vertitur.

Mercat. 5, 2, 34.

Huc secundus ventus nunc est, cape modo vorsoriam.

Propedem funem ait Isidor. 13, 14., quo *pes* i. e. imum veli tenditur. Turpilius, quem citat Isidorus:

Quasi cum ventus fert navem in mare secundus,
Si quis propedem misit in veli sinistrum.

Turneb. Adv. 20, 4.

V. 1029. *utinam veteres mores, veteres parsimoniae*] Emendavit Herm. (praefatio tamen eius huius emendationis non mentionem facit.) Ac cum Mss. habeant: *utinam veteres homines, veteres parsimoniae*, editi: *utinam veteres mores* etc.; Botho edidit:

Utinam veteres mores omnes, veteres parsimoniae.

Gruterus verum putavit:

Utinam veteres homines, utinam veteres parsimoniae.

V. 1033. *more majorum*] Vulgo: *morem majorum*. Correxit Dousa.

V. 1034. *liberast a legibus*] Guilelm. Trin. c. 3. *liberata legibus*.

V. 1037. *strenuos jam praeterire*] Vulgo omittitur *jam*. Itaque Reiz. ap. Herm. praef. p. X. emendaverat: *strenuiores*, collato Epid. 3, 4, 10. Dousa citat Festum in v. *praeteritis senatoribus*. Est autem *praeteriri* h. l. vinci ab improbis.

V. 1039. *obnoxiosi*] Dixit de vocabulis: *obnoxius* et *obnoxiosus* Acidal. ad Stich. c. 6. p. 479. sqq. *Obnoxius*, ait, proprie qui ob noxiam aliquam suam alteri concedit, suo jure non utens, animi conscientia fractus. Hinc ad alia trahitur, et obnoxii dicuntur a similitudine quadam affectus et conditionis etiam qui alicui aliquid debent, tanquam devincti.

Qui autem tales, lenius scilicet ac lentius agunt plerumque cum iis, quibus obnoxii, nec pro suo jure, cedentes et parentes, ac plane velut secundas agentes. Idem plane significatus est, etsi paulo uberior in *obnoxiosus*: ut ista in *osus* fere omnia copiam aliquam notant. Hic perverti jura omnia Stasimus queritur, et praeter alia leges a moribus jam in suam potestatem perductas esse, cum ipsi contra legibus abnoxii esse debeant magis, quam hodie sint parentes liberis suis, qui itidem parentibus esse potius debeant. Ita duplex est incusatio, illa directa in mores, haec obliqua in liberos: quae occultior fefellit hactenus: sed quo occultior, eo acrior est, et ex transverso vehementius mordet. Utrumque contra naturam est: leges moribus, parentes liberis obnoxios esse. V. A. Gell. N. A. 7, 17. Pareus in lex. crit. s. v.

V. 1043. *Et metuo*] Accidal. Apud Herm. *Sed metuo*.

V. 1045. *qua — quà*] v. Bentl. ad Ter. Andr. 1, 3, 9.

V. 1047. *genus hominum hominibus*] Vulgo: *genus hominum omnibus*. Emendavit Sciopp. susp. lectt. p. 269. sq. ex edd. vett.

V. 1050. *probant*] aestimant. Plaut. Pers. 2, 2, 30.

tuo ex ingenio mores alienos probas.

Ovid. ex Ponto 2, 3, 8.

Vulgus amicitias utilitate probat.

V. 1052. *si quis mutuom quid dederit*] Rittershus. confert Axionic. Comicum:

ὅταν δανείζῃ τις πονηρῷ χρήματα,
αὐτὸν δικαίως τὸν τόκον λύπας ἔχει.

v. in ed. Taubmann. ad h. l. p. 1374. *ed. sec.*

V. 1053. *beneficio*] Choriambus est. v. Bentl. ad Ter. Eun. 1, 2, 69.

V. 1056. sq. *nam ego — vendidi*] Bothe ad h. l. adnotavit: Male haec tribuuntur Stasimo, cui

servo quid rei est cum talento? aut si habet, cur servit? Imo ex eius rei mentione, de qua ipse non semel verba fecerit domi, Charmides agnoscit servum suum. Illud autem, quo commonefactum se morum malorum dicit Stasimus, nihil aliud est quam annulus ipsi modo ereptus. — Quare haec verba: *Meus est hic quidem — vendidi* tribuit Charmidae, non memor ille loci superius lecti 3, 2. v. 729. sq.

nudius sextus quoi talentum mutuum
Dedi: reposcam, ut habeam mecum quod feram viaticum.

V. 1061. *saeviter*] Nonius p. 772, 2. *Gothofr. saeviter pro saeve. Plaut. Poen. Alia tam saeviter. Idem Trin.* Ah nimium, Stasime, saeviter.

V. 1063. *audiens est*] ante Lambin. et Acidal. *audiens es*, item mox: *bonus es — secus es.*

da magnum malum] Cronovius: *damnum malum.* Palmer. spicil. p. 883. *dano malum. Dano*, ait, est pro: do. Correxit Guilielm. Trin. c. 2., ut edidi.

V. 1064. *obnoxius*] v. notata ad v. 1039. Sensus h. l. *wenn du ihn nicht schonen musst.*

V. 1065. *ut jubes*] Herm. praef. p. XV. *ut* pro *uti. Uti* enim semper altera longa est. Docuit Bentl. ad Hor. 2. serm. 2, 124.

V. 1075. *omitte alia*] ex Aldin. Iuntin. correxit Acidal. Vulg. *omitto.*

V. 1076. *vivont, valent*] v. Bentl. ad Ter. Heaut. 2, 3, 3.

V. 1080. *ubinam ergo*] Herm. *ubinam ego.* Dedi *ergo*, secutus Brantium. Ea voce qui indignantur, uti solent. V. 758. *quo pacto ergo igitur?*

V. 1088. *meis periclis*] Herm.

Ego miser meis periclis sum per maria maxuma
Vectus capitali periclo, per praedones plurimos
Me servavi, salvos redii:

Comma posui post *vectus*, ne eadem res tautologice exprimeretur per: *meis periclis* et per: *capitali periclo.*

V. 1091. *aetate*] Nonius p. 593, 13. *Gothofr.* *Aetas feminini est generis. Plaut. Men. ut aetas mala est, merx mala est ergo. Aetas masc. Plaut. Trin.* propter eosdem, quorum causa fui hoc aetate exercitus. Unde Guilielm. conjecit: *hoc aetatis*, quod probatum Dousae. Sed metrum repugnat.

ACTUS IV. SCENA V.

V. 1096. *quali ne*] Particula *ne* nihil hic facit ad sensum. V. Acidal. divin. Plaut. p. 784. Horat. 2 satyr. 3, 317.

Quantane? num tantum, sufflans se, magna fuisset?

V. 1104. *Pirdeum*] v. Cic. 7. Att. 3.

V. 1108. *portorium*] priusquam enim hoc solutum esset, merces e navibus tolli non licebat. V. Burmann. de vectigal. Rom. p. 80.

V. 1109. *nihil est morae*] In 2 Mss. Camerar. erat:

Nihil est moracii ambula actutum redi.

Unde Rittersh. ap. Sciopp. susp. lectt. p. 69. effinxit:

Nihil est morae? *Ch.* I, nihil, ambula, actutum redi.

Edit. Lambini:

Nihil est morae? *Ch*, nihil, ambula actutum redi.

Gronovius:

Nihil est morae. *Ch.* i, i, ambula, actutum redi.

V. 1110. *tu me intro hac*] Acidal. At vulgo: *tu hac me intro.*

V. 1113. *Sed hic unus* — 1115. *censeo*] H. l. Herm. praef. p. XIII. e libr. vett. sic se emendasse scribit. In edd. Camerar. Taubm. Lambin. Gronov. ita legitur:

Quamquam labores multos ***
Sed hic unus, ut ego suspicor, servat fidem.
Ob rem laborem eum ego cepisse censeo.

nisi quod Lambini primo horum verss. habet:

Quamquam labores multos ipse pertuli

ex conjectura. Vett. edd. velut Aldus:

St. Hic meo hero amico solus firmus restitit, neque demutavit animum
De firma fide, hic unus, ut ego suspicor servat fidem.
Quanquam labores multos ob rem eum ego cepisse censeo.

Acidal. pro *ob rem* conjecit: *ab re*, i. e. frustra. Meurs. exercitt. crit. p. I. Trin. e. 2. e Vett. sic se restituere ait:

Neque demutavit animum de firma fide.
Hic unus, ut ego suspicor, servat fidem.
Quanquam labores multos ob rem eum ego cepisse censeo.

ACTUS V. SCENA I.

V. 1116. *Hic homo* — 1118. *suppeditat*] Ante Scioppium:

Hic homo est omnium hominum praecipuis voluptatibus gaudiisque anteponendus.
Ita commoda quae cupio eveniunt.

Is susp. lectt. p. 69. versum priorem ex Mss. sic constituit: *Hic homo est omnium hominum praecipuus, voluptatibus gaudiisque antepotens*, quamvis postremum vocab. in altero codice depravatum fuerit in: *anteponens*. Scioppium secutus est Gronov. Quos versus ego quidem dedi, sunt anapaesti dimetri, nullo sequente paroemiaco. V. Herm. doctr. metr. p. 393. (ubi casu exciderunt nescio quo haec verba: *quod ago — subsequitur*.) Taceo conatus Acidalii et Palmerii spicil. p. 883. In ed. Herm. h. l. ita expressus est:

Hic homo est hominum ómnium antepoténs voluptatibus gaúdiisque.
Cómmode ea, quae cúpio, eveniunt: quód ago, assequitur, súbest, subsequitur.
Ita mihi gaúdiis gaúdium súppetit.

Praecipuus, Herm. in praef. p. XII. ait, locum oc-

cupaverat eum, quem possidere debebat *antepotens*, cujus illud explicatio est.

V. 1119. *subit*] Gronovius:

quod ago, assequitur, subest
Subsequitur: ita gaudiis gaudium suppeditat.

In his cum Acidalio dedi: *subit* pro *subest*. Putat ille, vel eiici posse illud *subest*. Bothe fere in cunctis Gronovium sequitur, nisi quod *subit* et *gaudia suppeditant* eius ed. habet.

V. 1125. *fundus*] auctor. V. Turneb. Adv. 4, 12.

ACTUS V. SCENA II.

V. 1128. *aequiperet suum*] Sensus postulat: *aequiperet tuae*.

V. 1132. *Nam beneficium — proprium, proprium sumserit*] Cod. Palat. Bothii et alii Mss.

Nam beneficium homini proprium quod datur prosumserit.

Vett. editiones:

Nam beneficium homini proprium quod datur proprium erit.

Edd. Camerarii, Gronovii, aliorum:

Nam beneficium homini proprium quod datur, proprium sumserit.

Fortasse praestat, legere cum Acidalio: *sumseris*.

V. 1135. *fortem*] Nonius p. 658, 33. *Gothofr. Fortis etiam dicitur dives. Plaut. Trin.* Eum sororem despondisse se suam in tam fortem familiam, *i. e. divitem et copiosam.*

V. 1137. *occupavit*] Nonius p. 685, 49. *Occupare etiam invenire, tenere vel possidere. Plaut. Trin.* Familiam optimam occupavit.

V. 1140. *occessit*] Vulgo *accessit*. Est Nostro solennis formula: *obviam occedere*. Asin. 2, 3, 24.

Quisque obviam huic occesserit hic irato vapulabit.

Ibid. 2, 4, 6.

Nae tu hercle cum magno malo mihi obviam occessisti.

Most. 5, 2, 4.

Ait: sese metuere in conspectum illius occedere.

Sic enim ex Mss. Camerar. reposuit Sciopp. susp. lectt. p. 10. pro vulgato: *procedere*. Ea vox restituenda est Pseudolo 1, 3, 20. Occedamus *obviam*. Vulgo: *accedamus*. Respicit h. l. Festus, cujus etipsius verba corrupta sic leguntur: *Occidamus* (leg. Occedamus). *Plautus ponit pro: contra cedamus, cum plurimae aliae praepositiones familiares huic verbo sint:* v. Guilielm. Pseudol. c. 2. Adde Stich. 5, 2, 24.

Bona scaeva strenaque obviam occessit mihi,

ut ibidem correxit Guilielm. Nihili est, quod de h. l. conjecit Palmer. spicil. p. 880.

Bona scaeva strenaque hoc bolo accessit mihi.

Eadem vox corrupta legitur loco nondum satis illustrato Trucul. 2, 7, 65., ubi de Phronesio puellula rixantur aemuli servus Geta, et aemulus Stratophanes:

St. Etiam, Scelus viri, minitare? quem ego
Offatim jam, jam, jam concipilabo. Quid tibi huc ventio est?
Quid tibi hanc aditio est? Quid tibi hanc notio est, inquam,
Amicam meam? emoriere ocyus, si manu niceris.
Ge. Quid, manu nicerim? *St.* Fac, quod jussi. Mane. Jam ego te hic 5
Offatim conficiam. *Ge.* Occidi. Optumum est. Captio est: istam
Machaeram longiorem habes, quam haec est. Sed verum
Sine dum petere, siquidem belligerandum est tecum.

Ubi in vers. 6. ita legendum est:

Offatim conficiam. *Ge.* *Occedi* optumumst. — Captio est etc.

Ubi Lips. electt. 1, 21. male conjecit: *occidi optimum est*, non cogitans de Festo l. l. emendando, quem ante oculos, dum scribebat, habuit. *Occedi optimum est*, verba sunt impetum acrem in adversarium facientis. Simplex verbum: *cedere* pro com-

posito *incedere* Plauto aliquoties est restituendum, velut Asin. 2, 3, 23.

Atque hercle ipsum adeo contuor, quassanti capite *cedit*.

Ita enim meliores numeri fiunt. Ibid. v. 25. scribo:

Siquidem hercle Aeacidinis minis animisque repletus *cedit*,
Sed si me iratus tetigerit, iratus vapulabit.

Sed addidi e Mso. ap. Acidal. Vulgatam servo ibidem 3, 3, 115.

Ar. Inscende actutum. *Li.* ego fecero. hem! quid istue est? ut tu incedis!

collata Aulul. 1, 1, 8. *vide, ut incedit.* At Bacch. 4, 9, 146. lego:

Evenit, ut ovans praeda onustus *cederem*.

v. Bentl. ad Hor. 2. ep. 1, 67. 2. serm. 1, 64. conf. Pseud. 4, 1, vers. ult. Cas. 2, 8, 7. de quo loco v. Guilielm. Veris. p. 297. coll. Nonio p. 566, 22. *Gothofr.*

V. 1155. *Non ego sum dignus salutis?*] Vulg. *salute.* Alterum reposuit Guilielm. Trin. c. 2. Graecismus est. Latina exempla congessit Acidal. divinatt. Plaut. p. 525. Citat h. v. Nonius p. 497. ut ostendat, genitivum pro ablativo poni. V. Ruddimann. gr. lat. 2. p. 108.

V. 1157. *Deos volo consilia vostra recte vortere*] Ita vulgo vers. effertur uno pede mancus. Scripsi eum ad emendationem Herm.

V. 1158. *nevis*] Nonius p. 565, 40. *Gothofr. Nevult pro non vult. Trin.* filiam meam tibi desponsatam esse audio, nisi tu nevis. Haec forma restituenda est poetae ap. Cicer. d. senect. c. 8. §. 25. *Edepol senectus — quae nevolt, videt.* Item in Asin. 1, 1, 34. *ne* pro *non* rescribendum:

Propterea quod me nescientem feceris.

Item Aulul. 2, 4, init

St. Postquam obsonavit herus et conduxit coquos,
Tibicinasque hasce apud forum, edixit mihi,

Ut dispartirem obsonium hic bifariam.
An. Me *tu* quidem hercle *hic* tam palam non divides,
Si quo tu totum me ire vis, operam dabo. 5
Co. Bellum et pudicum vero prostibulum popli:
Post siquis vellet, haud *nevelles* dividi?
St. Atqui istuc, Anthrax, aliovorsum dixeram,
Non istuc quod tu insimulas, sed herus nuptias 10
Meus hodie faciet. *Co.* Cuius ducet filiam?

Versum 4. vulgo ita exhibent:

Me quidem hercle dicam palam non divides.

Secutus sum Lipsium ep. quaestt. 5, 14. At Mil. 3, 3, 20. legendum:

Dum *ne inscientes* quid bonum faciamus, ne formida,

quidquid obloquatur Lindem., qui ex edd. vett. ait sese reposuisse:

Dum *ne scientes* quid bonum faciamus, ne formida.

Ne h. l. aut separandum a verbo *scientes*, aut jungendum. Prius vult Lindem: Atqui *dum ne* apparet esse h. l. pro: *dummodo non*, et sensus hic: dummodo non scientes aliquid boni faciamus, ne formida. Atque hoc volunt mulieres, quae loquuntur, se natura aptas esse ad malum faciendum, bonum sese nonnisi inscientes facere

Mala nulla meretrix (ne pave), pejora ubi conveniunt,

i. e. nulla meretrix inepta ad agendum, ubi convenit de pejoribus, quam pauculum illud boni, quo mala assequaris. Ergo legendum: *ne inscientes. Quid bonum* pro *quid boni*, ut *quid nomen* pro *quid nominis.*

V. 1161. *placenda*] Epid. 1, 1, 69. *pereunda est puppis.*

V. 1169. *Quid id est?*] Saepius etiam legitur *Quid est?* Estque ea formula vel simpliciter interrogantium, ubi nos dicimus: *Was denn?* vel mirantium, ubi nos: *Wie so?* ut Amph. 2, 1, 103.

Imo mecum coenavisti, et mecum cubuisti. *Am.* Quid est?

Ubi fortius paulo reddendum: *Was hör ich? Was*

muſs ich hören? Vulg. legunt: *Quid id est?* Conf. Capt. 3, 4, 46. Jam post illum v. Amphitruonis inserendus hic est e Nonio (v. Dous. cent. Plaut. p. 26.), quem Meurs. h. l. invenit in vett. edd.

Nilne te pudet, scelesta, populi in conspectum ingredi?

Asin. 3, 1, 5.

An decorum est advorsari meis te praeceptis? *Ph.* Quid est?

Verte: *Warum denn nicht?* Ubi cum codd. Lang. non habeant personae nomen positum, minus recte Guilielm. Asin. c. 6. conjecit:

An decorumst advorsari meis te praeceptis quidem?

Pariter *quid est?* scribendum Asin. 3, 3, 71.

Ar. Quid nunc? *Le.* Quid est? *Ar.* Quin tradis huc
cruminam pressatum aerum?

Vulgo:

Ar. Quid, nunc? quid est? quin tradis huc cruminam
pressatum herum?

Alteri hemistichio lux fit e Pers. 2, 5, 11.

To. Quid hoc hic in collo tibi tumet? *Sa.* Vomicast,
pressare parce.
Nam ubi qui mala tetigit manu, dolores cooriuntur.

Eadem formula innumeris locis vario sensu repetitur: Asin. 5, 2, 27. Aulul. 3, 6, 14., quem vers. ita legit Acidalius:

Eu. Pol ego ut te accusem, meditor. *Me.* Mene tu?
quid est?

Ibidem 4, 10, 31. Capt. 3, 4, 46. Mil. 2, 2, 16. 2, 3, 43. 4, 4, 3. 4, 8, 39. Rud. 3, 3, 14. 4, 3, 36. Bacch. 3, 6, 32. 4, 3, 25. 4, 9, 56., ubi senis interrogatio est, mussitantem servum non bene intelligentis. Nos: *Wie meinst du?* (Asin. 2, 2, 17. 37. 2, 6, 19. 3, 4, 5. 3, 5, 27. 29. 3, 6, 11. 4, 4, 20. Cistell. 1, 1, 97. ubi fortasse legendum:

Coepi amare ego illum et ille.... *Le.* O mea Silenium!
Si. Quid est?

Ead. fabula 2, 3, 4. 4, 1, 12. Curcul. 1, 1, 62. 1,

2, 37. 39. 69. 4, 4, 9. ubi vertere possis: *Was sagst du da?* Epid. 1, 1, 48. 54. 2, 2, 19.

V. 1173. *ne te leviorem erga me putes*] Ita recte Gronov. Nam solet Plautus *erga* post nomen suum aut pronomen ponere. Supr. v. 1128., si recte emendavi:

Quoi fides fidelitasque amicum erga aequiperet tuae.

Capt. 2, 1, 54.

Per fortunam incertam et per mei te erga bonitatem patris.

Ibid. 2, 2, 100. versu claudicante legitur:

Fretus ingenio eius, quod me esse scit erga se benevolum.

Pro *se* legitur *sese* in Palatt. cod. sex, teste Grutero. Lego:

Fretus ingenio eius, quod me scit sese erga benevolum.

Ibid. 2, 3, 356.

Si ego item memorem, quae me erga multa fecisti bene.

Me erga extat Asin. 1, 1, 5. Epid. 3, 3, 9. Similiter *me advorsum* Bacch. 4, 4, 48.

V. 1176. *Si domist*] Vulgo: *Si domist foras.* Correxit Reiz. ap. Herm. praef. p. XI.

V. 1177. *Subitumst.*] Vulgo: *subitust.* Correxit Acidal. Idem conjecit *propter* pro *propere.*

V. 1178. *excivit foras*] Vulgo *excivit subito foras.* Delevit vocem *subito* Reiz. ap. Herm. praef. l. l.

V. 1179. *satine salvae*] Herm. *salve* secutus Donatum ad Ter. Eunuch. 5, 5, 8., qui *salve* scribendum esse ait his verbis: *Salve, integre, recte, commode. Plaut. in Trin.*

Benevolens tuus atque amicust. Satine salve? dic mihi.

nunc adverbium est producta E litera. Sallustius: inde ortus sermo percontantibus utrinque, satin salve? quam grati ducibus suis, quantis familiaribus copiis augerentur. Sed litem, ait Lindem. ad h. l., composuerunt interpp. ad Liv. 1, 58., ubi

satin salvae scribendum esse, satis idoneis argumentis comprobatum est.

V. 1180. *Recte. tuum patrem redisse salvom*] Vulg. distinctio post *recte* sublata erat. Correxit interpunctionem Acidal. *Recte* respondere solent de valetudine interrogati. V. supr. v. 50. Parei lex. crit. s. vi

V. 1183. *Si quid tibi pater laboris*] Ter. explicat pleniori oratione usus Heaut. 1, 1, 30. *Si quid laboris, nollem*, ubi Bentl. h. l. utitur.

V. 1187. *Miseria — est parum*] Philemo:

ἀθάνατόν ἐστι κακὸν ἀναγκαῖον γυνή.

Quod fragm. Herm. retulit supr. ad v. 55. Propertius:

Cum satis una tuis insomnia portet ocellis,
Una sit et cuivis femina multa mala.

V. Guilielm. Trin. c. 2. Ante Reizium ap. Herm. praef. p. IX. legebatur *parumst*. Constructionem *parum miseria* pro *miseriae parum* illustravit Acidal. divinatt. Plaut. p. 350 sq.

V. 1190. *optumumst*] Concedentis formula. Vulgo *optumumst. licet.* Altera vox alterius est interpretamentum, quod immerito defendit Acidal. Trin. extr. Bothe temere intulit: *optuma est.* Quamvis enim eo sensu, qui h. l. desideratur, haec formula extat Capt. 2, 2, 104.; vario tamen modo quominus consensus exprimatur, quid obstat? Velut hic est: *optumumst;* at aliter rursus Capt. 3, 5, 48. *Optume est*, itemque Bacch. 3, 4, 3. passim. V. Lindem. ad utrumque locum Captivorum. Ad extremum vocabulum fabulae v. Bentl. ad Ter. Andr, extr. Hor. A. P. 154.

Si Fautoris eges aulaea manentis et usque
Sessuri, donec cantor, Vos plaudite dicat.

„Nota illud *Plaudite* a Cantore dici solere. Alius est actor, alius Cantor. Actores in Andria Primarum et Secundarum partium Ambivius et Atilius erant.

Tertiarum partium-actor, utpote ignobilis, nusquam memoratur. Cantor autem Flaccus Claudii filius, qui tibiis paribus canebat, dextris et sinistris. Ergo cum actores omnes ex scena exirent, cantoris erat, depositis ex ore tibiis, *Plaudite* insonare." Bentleius. Aliter de h. l. Horatii sentit Herm. de cantico in Romanor. fabulis scenicis p. XIII. Is illo loco significari ait, cantorem et histrionem eundem esse, neque cantorem intelligit Flaccum, Claudii filium, sed artis peritum, qui modos fecerit canticorum s. modulatus sit, ἐμελοποίησε (nos: *komponiren*) v. ibid. p. VII. sq. Qui autem quem actorem solebant omnes appellare, poeta diceret cantorem, cum actor neque diverbia (utpote pronunciari tantum et dici solita, perhibente ipso Herm. p. XV. sqq.) et ne cantica quidem caneret, sed ageret tantum, alio canente? (v. ibid. p. XII.) cumque ipse Herm. fateatur, se nihil dum reperisse, unde certo intelligi posset, histrionem cantica interdum etiam cecinisse? Ceterum, si recte cantici naturam descripsit Herm. p. VIII. sqq., cantica sunt duo in hac fabula: Act. II. Sc. I, Act. V. Sc. I. v. 1 — 5.

ADDENDA.

V. 287. altera arsis non est in *haec*, sed in *sunt*.
V. 311. lege: *probiorés*.
V. 334. lege: *familiáriter*.
V. 392. lege: *Verúm*.
V. 707. scribe: *Enim non*.
V. 1018. dele punctum post *poteriis*.
V. 1071. lege: *vostram fidem*.
P. 72. lege: πρό.
P. 74: lege: *utrum is ita ne esse mavelit*] Ita Gron. — Acidal. etc.
P. 86. *Mirum quin* restituo Horatio 2. Satyr. 1, 54. sq.
Mirum, Quin neque calce lupus quemquam, neque dente petat bos.
P. 111. lin. ult. adde Priscian. 3. p. 609. *Putsch.*

VARIETAS LECTIONIS

IN

TRINUMO

EX

I. Mss. *Camerarii* sive *Palatinis*, A. (Vet. Cod.) B. (Decurtato) sive Palatino *Bothii*.

II. Mss. *Fr. Taubmanni*. V. ad 2, 4, 7. et 3, 2, 49.

III. Ms. *J. Fr. Gronovii Academico* sive *Leidensi B. Bosschae*, de quo v. eorum praefationes.

IV. Mss *D. Lambini*, ni sunt commentitii, quod prodere videtur eius nota ad 3, 2, 18.

AD ARGUMENTUM.

V. 9. Ed. Medioł. a. 1500. *nubuntur*.

AD PROLOGUM.

V. 1. *Sequere hac me, gnata* citat Nonius p. 764, 2. *Gothofr. sequere me, mea gnata*. Mss. Palat. et vett.

V. 6. *nunc igitur primum* vet. Cod.

V. 9. *hanc mihi gnatam gnatam esse*. Ms. Pal. B. *ganatam* Ms. A. sec. Pareum Ms. B. *gnatam gratam*.

AD FABULAM.

V. 23. Vet. Cod. *me amicum* ex correctione. Pal. B. *eamicum castigare ob merita non mala noxia Inme neest facinus*. Vet. Cod. *meritam noxiam*. V. censura Burmanni variarum opinionum de auctore librorum ad Herenn. p. LI. ed. *Schütz*. et Fest. s. v. *munem* p. 323, 54. *Gothofr.*

V. 29. *plaerumque* Mss. ambo.

V. 61. Ed. Paris. *neque enim tu credo*. Ceterae edd. et Mss. *namque enim tu*. Cam. et Lamb. *nunquam tu*.

V. 73. *sin immutare*. Mss.

V. 78. *qui*. Mss.

V. 85. *e Capitolio*] abesse *e* a vet. Cod. ait Pareus. Negat Gruterus.

V. 93. *sunt quorum ingenia atque animos non possum noscere*. Mss. et vett.

V. 94. *pervenat* V. C.

V. 97. *si id me non accusas* Mss. Cam.

V. 116. omittunt *mihi* Pal. Both. et vett., in his Mediol. a. 1500.

V. 130. *hoc facto* Mss. Cam.

V. 138. *Ille qui* Ms. B. *Illi qui* Ms. A.

V. 140. *Crede huic* Mss. Cam. ibidem Pal. B. et vett. *jam suam*.

V. 150. *quoniam* Mss. Alii *cum jam*.

V. 158. *Si quid eo fuerit.* Mss. Cam. et vett.

V. 171. *dormitarent canes* Mss. et omnes edd. sed versu abhinc tertio Mss. et ed. Cam. *praesensisset canes.*

V. 172. Mss. Pal. *universum voluit totum*, nisi quod Ms. B. *uouit.* Edd. vett. *tecum.*

V. 174. *orare* Pal. Both. Idque recipiendum erat.

V. 177. *adversum quam* Mss. et ed. Cam. Omnes vett. *adversum quod.*

V. 186. *mala facto* Ms. B. *malefacta* V. C.

V. 187. *maledictas famas ferunt* Mss. Cam. et Academ.

V. 191. *communicesque* Mss. Cam. et edd. omnes.

V. 208. *sciunt id quod* Mss. Mox *tamen illi sciunt*, itemque edd. omnes.

V. 214. *hac esset vivere* Mss.

V. 219. *unde quicquid* Mss. et edd. omnes.

V. 220. *famigerator ire sic* Mss.

V. 226. Vet. Cod. *defecigo.* Ms. B. *defectigo.*

V. 227. *animus hinc est* Mss. teste Grutero. At secundum Pareum: *hunc.*

V. 237. *expediant* Mss.

V. 243. *celatum* Mss. Sed is est accusat., non genit. pluralis. Mox *namque ad quod clamat* Pal. B. *namquam ad quod damat* Ms. A.

V. 246. *si audes* Mss.

V. 258. *non palages* Ms. B. *non pagales* Ms. A.

V. 262. *neque eum*, sine *enim* V. C.

V. 263. *procul adhibendum* Mss. et vett. Mox *atque abtinendus* vel *aptinendus.*

V. 290. *quia ego* Mss. et edd. omnes.

V. 291. *quin prius* Mss. et vett.

V. 292. *latitant*, pro *lutant* Mss. Verba *quos conlaudant* non habet Pal. Both.

V. 293. adde Pseudol. 5, 2, 24. *Non audes, quaeso, aliquam partem mihi gratiam facere hinc argenti.*

V. 296. *quae ego tibi praecipito et facito.*

V. 297. *faceos* Mss.

V. 302. *pro imperio tuo meum animum* Mss.

V. 305. *utrum id* Mss. V. 307. *servavit* Mss.

V. 308. *pepulit* h. l. Mss. At paulo ante *perpulit* Vett. utrobique *perpulit.* Ibidem *si ipse* Mss.

V. 319. *poenitet.* v. Gronov. ad h. l.

V. 320. *Qui ipsus sibi satis placet, nec probus est, nec frugi bonae* Ms. A.

V. 324. *dare jam* Mss.

V. 327. *non nevis* Mss. et edd. omnes.

V. 335. *nusquam* Mss. V. 338. *edit* Mss. et vett.

V. 339. *producit vitam* Mss. et vett.

V. 342. *ut ita te aliorum* correxit Cam. vulgo enim erat: *misereat cave ne aliorum.* Natum id ait Gruterus ex depravata librorum scriptura: *miserescane tui.* Et sic erat in Pal. A. Nam Pal. B. *miserescat cave tui.* Deinde Pal. A. *alius misereat.* Pal. B. *aliis misereat,* teste Grutero. Mss. secundum Pareum: *ut ita te aliorum miserescat, ne tui alius misereat.*

V. 343. Vett. et Excc. Palatt. *dejuvare.*

V. 347. *ut potius* Mss. et vett Recc. *at potius.*

V. 349. Pal. A. *ciui inmuni inmunificos scis.* Ms. B. *civi inmini inmunificos scis.* Teste Bothio Ms. B. *inmimi.*

V. 358. *Charamidè filio* Pall.

V. 368. *quid dare illi nunc vis* Mss.

V. 382. *etsi adversatus si tibi fui istac udico* Ms. A., neque aliter Ms. B., nisi quod habet: *iudicib.* (sic est in ed. Taubmann.) teste Grutero. Edd. vett. *etsi adversatus tibi fui, istaec indicio Tibi perm.* Recc. *etsi adversatus tibi fui, istaec judicio tibi perm.* At Pareus e Mss. enotavit: *istac judico.*

V. 394. *quod sibi soli* Mss. Cam. et vett.

V. 396. in nota lege: Canter. N. L. 2, 6.

V. 401. *Minus quindecim dies sunt quom* Mss. Cam. At vett. *quod.* Ibidem *his* Pal. Both.

V. 405. *in balineis* Mss. ambo.

V. 407. „*Confit cito quam si* Mss. Cam. et mei.“ Taubm.

V. 411. *defrudavi* V. C. *defraudavi.* Decurt.

V. 423. *drachumarum* Mss.

V. 426. *qua sponsione* Mss. sec. Gruter. At sec. Pareum *quas sponsione.*

V. 432. *nae ego* Edd. *ni ego* Mss.

V. 441. *atque nos* Mss.

V. 444. *haut nosco tuum* Mss.

V. 455. *ferentaneum* Mss. Turn. adv. 23, 17. male Varronis locum intellexisse videtur. Nam ex eius interpretatione altero loco posita amicus ferentarius non est inanis, sine fructu, sed expeditus, accinctus. Similiter Hesiod. opp. et D. 317. de bonis vicinis ait: γείτονες ἄζωστοι. Conf. Fest. s. v. et Non. 18, 15.

V. 467. *quid nunc* Mss. At vett. *quid tunc.*

V. 468. *forte ut venerit* Mss.

V. 470. *illi* Ms. V. 474. *expletis* Pal. Both.

V. 482. *hoc longe* Vett. et Mss.

V. 483. *coena hac annona est sine sacris hereditas* Mss. et vett.

V. 486. *id nequeas* emendavit Camer. In Mss. est *id neque ad salutem.* Edd. principes: *id neque viae saltem.* Posteriores: *id nequiveris.*

V. 487. *apte peto.* Mss.

V. 489. *decet opulentia* Ms. B. *decet opulentie* Ms. A.

V. 491. Pall. ambo *qui cum extemplo*. Ed. Paris. *quam cum extemplo*. Illud *quam* conjecit Pius. Edd. principes: *quae*.

V. 492. *aeque* Mss. et edd.

V. 494 *mirum ni tu illuc*, edd. princc. *An mirum inito illum tecum* Mss. Palat., nisi quod Palat. B. *initu*.

V. 506. *Sed etsi hercle graviter cecidit stultitia* Ms. ambo, nisi quod uterque *hercles*. Sicque etiam edd. vett.

V. 518. *crede audacter* Mss. Vett. autem *cedo audacter*.

V. 525. *coactum* Mss. V. 531. *possint interfieri* Mss.

V. 533. *cuium fuit* Mss.

V. 537. *omnia me audieris* Ms. A. *omnia mea audieris* Ms B.

V. 544. *Campas genus* Mss. Cam. et vett. Mox *antidit* Mss.

V. 551. *sint* Mss. V. 556. *ab sese* omnes edd.

V. 557. *posset cuius os sublinat* Mss. fere et edd., teste Grutero. Pareus *os* negat esse in Mss.

V. 566. *quod dixisti modo* Mss. Palat.

V. 568. *convenire nihil potes* Mss. edd.que omnes.

V. 573. *tam* abest a Mss., est autem in edd. princc.

V. 583. *quid possit facto* Pall. et edd. Emendavit Camer.

V. 584. *certumst sine dote haud dare* Mss.

V. 591. *gestam probe* Mss. ambo.

V. 594. *sed id si alienatur* Mss. V. 597. *ibit istac* Mss. Palat.

V. 601. Camerarius ad oram libri sui emendavit: *vostrum herilem filium*. Recte, opinor. Vett. et Mss. *nostrum*.

V. 602. *despondissem* Mss teste Grutero, *despondisse* teste Par.

V. 623. *eunt* Mss. teste Grutero. *sunt*, teste Par. v. Parei anall. ad h l. Fragment. Astrabae a Bothio t. 2. p. 434. ita legitur: *Quin is, si iturus? Nimium es vegrandi gradu.*

V. 624. *haud euscheme*] Mss Cam. *haud in eusce mea astant*. Vett. *haud juxta me astant*.

V. 626. *noli avorsari* Mss. ambo. „Vulgo *advorsari*, quod et deinde aversatus est Camer., et liquet e manu ipsius, quae addita editioni ultimae restat in museo nepotis minime degeneris Ludovici Camerarii.“ Taubm.

V. 627. *si in rem tuam* Mss. et vett. ut et v. 10 hujus sc.

V. 633. *quid* Mss. et omnes vett.

V. 638. *neque in se officium migrat* Pall. teste Pareo, lineola super *m* ducta. Gruterus ait, ibi esse: *in se*. Bothius e Ms. suo enotavit: *nec modo se officium migrat*.

V. 640. *quid ais? nam*, distinguit Pal. B. Imo fortasse et Pal. A., ait Gruter. Pareus legit: *quid ais nam?* neque favent, ait, alteri distinctioni Mss.

V. 643. *vindex* Mss. Cam. *vibex* Mss. Lamb. Vet. Cod. habuerat *vindex* ita, nt *i* a tineis erosum esset.

V. 644. *facilem facit* Mss. et edd. et v. sq. *difficilius* eaedem edd. et Pal. B.

V. 646. *tuisque stultis* Pal. B.

V. 648. Verba *ah non ita est* Vet. Cod. relinquit Lysiteli, teste Pareo.

V. 649. *ha da* Pall.

V. 651. Pal. A. *menixe.* Pal. B. *enixe.* Pareus edidit: *anxie.*

V. 632. *qui* Mss. et omnes vett.

V. 654. *vel exsignavero* omnes Mss. et edd. Ibidem *omnia ego istaec* Ms. B., teste Bothio et vett. *Ego istic* testibus Grutero et Pareo. *Ista* Ms. A. Ibidem Pal. Both. *dixisti.*

V. 657. *vi Veneris vinctus* Mss. et edd. Cam. Parm. Sambuc. Alii, *victus.* Ms. Pal. B. *vinctus* aut certe *junctus*, teste Grutero, at sec. Pareum *inunctus.*

V. 659. *corde spernere* Mss. et vett. omnes.

V. 664. *pernovi equidem Lesbonicem imperium te* Mss.

V. 669. *quod suadetur*] „Pareus notat esse in Pal. A. *quia non suadet*; in Pal. B. *qui non suadet.* Sed valde falletur, qui ipsi credet. Uterque Ms. nullo apice abit a vulgata." Gruter.

V. 672. Ms. A. *insanum et malum est.* Ms. B. et omnes vett. *insanum est et malum in h.*

V. 674. Mss. Cam. et omnes quotquot Taubm. excussit: *si istuc, ut conare, facis*, et *indicium.*

V. 675. Ms. A. *aquerit.* Hinc Cam. fecit: *aqua erit.* Pareus negat in Mss. esse: *aqua erit.* Ipse expressit *aquae erit.* Ibidem Mss. *restinguas.*

V. 678. Mss. Cam. *ab inimicos.* At Ms. B. habet *ab* supra lineolam.

V. 680. Edd. omnes et Pal. B. *hac non convenit.* Pal. A. *haa non convenit.*

V. 685. *Tanto* omnes Mss. et edd.

V. 686 *tua qui toleres moenia* edd. vett. et Mss. Bis autem h. l. expressum habet Pal. A. et priore loco *moenia*, posteriore *munia.*

V. 688. *ne mihi hanc famam differant* omnes Mss et edd.

V. 691. *famigeratio* Vett. *samigeratio* ed. Cam. Pal. A. bis hunc quoque versum habet, ac priore quidem loco hoc ipsum, altero *famigeratio*, teste Grutero. At sec. Pareum Vet Cod. *famiferatio.* Ms. *B. famigeratio.* — *me autem* h. l. non habet Ms. Both.

V. 697. *ut sistudio* Pal. B., pro *ut sis video.* Mediol. a. 1500. *ut sis studio.*

V. 698. V. C. *itagis.* V. 700. *profugiens* Mss. et vett.

V. 705. h. quoque loco Pal. Both. habet hos verss., qui jam supra leguntur, et hoc quidem loco etiam verba *me autem.*

V. 707. *palin* Mss. Pal.

V. 718. *tibi ego amicus nunquam tibi ero alio pacto* Pal. Both.

V. 722. *fulmentas* Mss. Mox Pal. A. *socios.* Pal. B. *sotios.* Vett. *fulcimenta jubeam suppingi soscos.*

V. 724. *spolia ibi* Mss. ambo.

V. 726. *saginam* Mss. et vett. Paulo ante Pal. A. *at aliquem.* Deinde *conjecit* Pall. et edd. Recc. *conjecerit.*

V. 727. *et sagittas* Mss.

V. 729. *nundius sextus* Mss. — V. 741 *in cremen* Pal. A.

V. 744. *ex ea largitate te illi* Mss. Cam et edd. omnes.

V. 745. *columen* Mss et vett. — V. 747 *ducendi* omnes Mss. et vett.

V. 751. *adeam edoceam* Camer. ex utroque Ms. *Adeam* etiam vett.

V. 758 *igitur,* non *agitur* est in Mss. testibus Pareo et Grutero.

V. 760. Cam. edidit: *roges.* Vett. *rogem.* Mss. ambo *roges.*

V. 761. *exorari* Mss. et edd.

V. 764. *ut det mutuum*] Mss. *vides mutuum.*

V. 768. Mss. Cam. *visita sit.* Edd. *visa sit.* Camer. edidit: *usitata sit.* Mox edd. vett. *falsidicus confidensque.*

V. 778. *dare* Mss. Lamb. edidit *dari.*

V. 781. *propemodum* Vett. *propemodo* Mss.

V. 782. *adulescenti* sine *id* Pal. Both. — V. 792. *nosse* Pal. Both.

V. 819. *ad adulescentem*] *ad* non habent Mss. et vett teste Grutero. Pareus ait ibi esse *ad.*

V. 821. Verbis *actum reddam* haec sc. finem habet in omnibus vett. Pareus edidit: *nugas sim nisi*, et hoc supplementum ait esse a Mss. Alter Ms. Cam. *nugace sunt nisi*, alter *nugaces sunt nisi.*

V. 824 Ms. A. *quom penes me potestas bonis mis quid foret et mea iuite.* Pal. B nihil discrepat, nisi quod habet *meae vitae.* Et prima vox in eo scripta est *qm*, lineola super his literis ducta, quod fere notat *quoniam.* Ed. princeps: *cum penes te potestas omnis quidem foret et meae vitae.* Citatio Meursii est ex ed. Cam.

V 825. Pal. Both. *redeunt*, pro *reducem.*

V. 829. Mss. ambo *in alio* teste Grutero. At secundum Pareum in Ms. A. est *in alto*; in Ms. B. *in alio* Ed. Paris *in alto.*

V. 833. *modesti sunt* Pal. Both. — V. 836. *item una* Mss. et vett.

V. 840. *apage me sis* Mss. et omnes edd.

V. 841. P. Merula legit: *quantis cum aerumnis deluctavi*, vel: *quantisce aerumnis eluctavi.*

V. 842. Ms. A. *speciaque.* Ms. B. non habet notam interrogandi. Mss. et edd. omnes *domum cupio.* Sec Pareum Mss. *specieque.*

V. 859 *ipsa* Mss. — V. 865. *mox* Mss.

V. 870. *agitandum vigilias* Mss. teste Grutero. At sec. Pareum *agitandu'st vigilias.*

V. 873. Mss. Cam. *Census eum juratori recte.* Edd. *census conjuratori recte.*

V. 879. *hosce homines* Mss. ambo.

V. 885. *incipissis p.* Ms. A. *incipissis sic* Ms. B. et vett.

V. 888. *opus factost et v* Mss. et vett. *opus ferto est* ed. Paris.

V. 889. *vasculum* edd. *vixillum* Mss.

V. 893. In Pall. a manu prima *Lesbonicus mihi.* v. Acidal. ad h. l. Teste Pareo Mss. *Lesbonicis mihi.* Teste Bothio Vet. Cod. *Lesbonicis.* at Ms. *B.* idem in rasura.

V. 898. *nugaratur: nugaratur* Mss. Ibidem *quom.*

V. 901. Mss. Pal. *quiddam.*

V. 905. *Ille edepol illi illi* Mss. Pareus edidit *il, il,* ut ait, e Mss.

V. 909. *temperi* Mss. et vett.

V. 910. *jamne commentatus* Edd. *jam recommentatus es* Ms. A. *jam reincommentatus* Ms. *B.*

V. 911. Verba *fieri istuc solet* Mss. Charmidi assignant.

V. 916. *mihi*, non *mei* Mss.

V 920. *Caar* non est in edd. et Mss. Ibidem Ms. A. *mim Charmides.* Ms. B. *min Charmides.* Et Mss. et edd. *Charmides*, pro *Charidemus*, quod conjecit Acidal. *Ad hoc exemplum est an chares an charmides min charmides* Pal. *Both.* et vett.

V. 924. *ne male loquare absenti amico*] Mss. at edd. omnes *loquare ei praesenti amico.*

V. 926. *Cecropia* Ms. Decurt. sec. Pareum. Quid igitur Vet. Cod.?

V. 928. *hoc quod te rogo* Mss. V. 937. *quid est tibi nomen?* Mss.

V. 939. *Pax* Mss. et vett utroque loco. V. 940. *advortes* Pal. *Both.*

V. 943. *immodoriola* et *escendisti?* Mss. Cam.

V. 945. *Jovem Calliclis ad villam* Pal. Both. *Callicli se ad villam* V. C. *Callidis ad villam* vett.

V. 946. *mande porro* Mss. *mandere porro* vett.

V. 947 *eo herele sies* vett. — Mss. *B.* hoc et seqq. duobus verss. initio lacunas habet literarum quatuor. Ms. A. *o herele si es molestus.*

V. 948. *pre oportet* Ms A. . . . *ere oportet* Ms. *B esse oportet* vett.

V. 949. *nüt aut te velle* Ms. A. . . . *mit aut te velle* Ms. *B.* Vulgata est in edd. princ.

V. 950. *hos ego q.* Mss et vett. omnes.

V. 960. *si possim illo mille nummum Philippo civem ducere Quod sibi* Mss. ambo, nisi quod Ms. B. *nummos*, ut mox.

V. 961. *quod sibi* Mss. V. 962. *ei nimirum* vett. *ne mirum* Mss.

V. 967. *mille nummos* ms. B. *mille nummum* ms. A.

V. 972. *auro huic quidem* edd. omnes et mss.

V. 975. *obrepsisti meapse occasiuncula* vett. *in eapse occasiuncula* mss.

V. 980. *quilubet* ms. A. *quilibet* ms. *B.*

V. 984. *mulcari* mss.

V. 987. *Eho, quaeso an tu is es?* ms. A. *ipsus* pro *ipsusne* Pal. *Both.*

V. 990. *serio* mss. V. 992. *at* mss. et edd.

V. 993. *perdant si te flocci facio, an periisse prius* mss. et vett.

V. 998. *Quod* mss., at secundum Pareum *quo Di te* mss.

V. 999. *postquam*] aliam sc. Mss. quoque hic ordiuntur.

V. 1006. *nisi qui* mss, Iidem *mutus tacet.* Vett. *mutum tacet.*

V. 1009. *fac te* mss. et vett. V. 1013. *si abieris* mss.

V. 1021. *Kollabus* mss. et *Crinnus* V. 1022. *oculicrepidae* mss. et vett.

V. 1029. *utinam veteres homines veteresque p.* mss. St. *utinam veteres mores veteris p.* vett.

V. 1032 *vetera amare hunc* mss. V. 1033. *morem* vett. et mss. Cam.

V. 1034. *libera est* mss. et *more habent.*

V. 1039. *magis qui sunt obnoxiosi quam parentes liberi* mss.

V. 1043. *sed metuo* mss. V. 1044. *neque isti* mss.

V. 1047. *omnibus*, pro *hominibus* mss. duo v. Taubm. ad 1, 2, 134.

V. 1053. *invenias* mss. *invenis* edd. princc.

V. 1060. *asta illico* mss. et vett. At recc *sta*. Mox absunt a mss. haec: *at ego te stare volo*. Pareus negat abesse.

V. 1063. Mss. h. l. ubique *es*. Ibidem *da* non habent. Habere autem ait Pareus.

V. 1075. *omitto* mss. et vett. *V.* 1080. *ego* mss.

V. 1088. Libri teste Bothio: *Ego miser meis periculis sum per maria maxuma vectus capitali periculo*. Pal. Both. *miserum meis*.

V. 1091. *hac aetate* mss. *V.* 1106. *Videto Sangarionem* mss.

V. 1110. *me hac intro* mss. *V.* 1111. *amico solus* mss et omnes edd.

V. 1114. reliqua post *labores* desunt in mss. teste Grutero. Vett ita:

Neque demutavit animum de firma fide.
Hic unus ut ego suspicor, servat fidem:
Quanquam labores multos ob rem eum ego cepisse censeo.

Mss. *ob rem*. (Non omnia igitur desunt.) Pal. Both.

Neque demutavit animum de firma fide quanquam labores multos
Sed hic unus ut ego suspicor servat fidem
Ob rem laboremeum ego cepisse censeo.

V. 1116. *praecipuus* mss. et edd. omnes, et *anteponens* ms. *B*. *antepotens* ms A.

V. 1118. *commoda* mss. *V.* 1126. *obiciunt* mss.

V. 1127. *hominum interdum arbitror* mss.

V. 1132. *prosumpserit* mss *proprium erit* vett *nam beneficium homini proprium quod datur prosumpserit*, Pal. Both.

V. 1134. *metuo mirari* mss. vulgatam edd. omnes.

V. 1139. *Vah*] mss. *uhá*. *V.* 1140. *accessit obviam* mss.

V. 1147 *neu quís* mss. et edd.

V. 1150. *qui nunc laudo* Pal. Both. et vett.

V. 1151. *ineptus dum* mss. *V.* 1157. *Deus volo* V. C.

V. 1153. *Charmiden* Mediol. a. 1500. *V.* 1155. *salute* mss.

V. 1158. *tu nevis* non habet uterque mss.

V. 1175. *miserumst male promerit aut meritasinis ulc. non licet* Pal. Both.

V. 1177. *ita subito est propere* mss.

V. 1179. *satinst salve?* mss. At Pal. Both. *satin' est*.

V. 1181. *licet* mss. *V.* 1186. *etiam et si* mss. et edd. omnes.

V. 1187. *miseria uni quidem* mss. *miseria una quidem* vett.

Laudatur Plautus in Trinumo a Verrio Flacco p. 155, 19. *Sed proprie ait id dici promptum, quod in futurum factum sit, cui significationi penus contrarium est, cum praesertim aliud penus, aliud promptuarium panis, olei, vini appelletur, ut est apud Plautum in Trinumo.*

Bei dem Verleger dieses sind auch noch folgende Werke zu haben:

Cassel, F. P., Morphonomia botanica, sive observationes circa proportionem et evolutionem partium plantarum. Cum figuris lithographicis. 8. 1820. 1 Rt. 20 St.

Dilschneider, J. J., Verslehre der deutschen Sprache. gr. 8. 1823. 1 Rt. 20 St.

— — und Dr. B. Willmann, Kommentar zur Seber'schen Muster-Sammlung deutscher Gedichte. Für Lehrer und zur Selbstbelehrung. Erste Abtheilung: Erklärung der Hymnen und Oden. gr. 8. 1822. 2 Rt.

Fuſs, J. D., carmina latina, additis e germanico versis, in quibus Roma et Ars Græcorum A. W. Schlegel, et Ambulatio Fr. Schiller, elegiæ, denuo emendatiores vulgatæ. In cæteris Schilleri Campana et Gœthei Alexis et Dora. Præcedit de linguæ latinæ cum universo ad scribendum, tum ad poesin usu, deque poesi et poetis neolatinis Dissertatio. gr. 8. 1822. 1 Rt. 30 St.

Schiller, Fr., Ambulatio, elegia. E germanica in latinam linguam translata a J. D. Fuſs. Accessit de Schilleri poesi ode. 8. maj. geh. 1/4 St.

Schmitz, J., vollständiges, nach einer ganz neuen Lehrart bearbeitetes Rechenbuch, enthaltend die alte Rechenkunst mit der Dezimal-Rechenkunde und ihren gegenseitigen Münzen, Maßen und Gewichten vollkommen verglichen. 1r Theil. 8. 52 St.

— — vollständiges, nach einer ganz neuen Lehrart bearbeitetes Rechenbuch für Schulen, Handlungs-Institute, angehende Kaufleute und andere Geschäftsmänner, enthaltend alle zusammengesetzte Regeln, die Kettenregel in ihrer weitesten Ausdehnung, ein Kursenbuch, Vergleichungs-Tabellen über die Münzen, Maße und Gewichte von ganz Europa und den wichtigsten außer demselben gelegenen Staaten, die gesammte Kurs- und Wechselwissenschaft u. s. w. 2r Theil. gr. 8. 2 Rt. 4 St.

— — praktisches Hülfsrechenbuch für Lehrer und Lehrerinnen oder Sammlung aller Ausarbeitungen und Auflösungen der

im ersten Theile befindlichen Uebungsbeispiele des Rechenbuchs. 8. 42 St.

Schmitz, J., ausführliche Abwandlung der unregelmäßigen französischen Zeitwörter, mit Beifügung der nämlichen deutschen Zeitwörter zusammengetragen. 8. 42 St.

Seber, F. J., Sammlung von Mustern deutscher Dichter und Prosaiker für die untern und mittlern Klassen der Gymnasien. 2te mit einem Anhange vermehrte Auflage. gr. 8. 1820. br. 1 Rt. 30 St.

— —, Sammlung von Mustern deutscher Prosaiker für die mittlern und höhern Klassen der Gymnasien. I. Abtheilung. gr. 8. 1819. br. 1 Rt. 30 St.

— — — II. Abtheilung. gr. 8. 1819. br. 1 Rt. 30 St.

— — Sammlung von Mustern deutscher Dichter für Gymnasien. 8. 1817. 1 Rt. 30 St.

— — über Religion und Theologie. Eine allgemeine Grundlage der christlichen Theologie. gr. 8. 1823. 2 Rt.

DEC 8 1887

Lp 26.475
Trinumus.
Widener Library 006528041
3 2044 085 220 010